

divina benignitas disposuit *quod* etiam si voluero secularibus me nequeo iungere. ne occupatio aut datus corporalis in nimiam me precipitet *perturbationem*. Nimirum namque stabilitus status in suauitate celica fremitum fugit funestorum. & se cingulo cingens solitario affluentia armonie angelice se sentit solidatum. Deinde delectatus dulcore desiderantissimo quamvis corpus per plura transferat. nunquam tamen ab interno sapore iciunat. Reprobi vero. in gestu corporis figuram ostendunt mentis. Quemadmodum autem circumquaque discurrere non desinunt. ita & in corde corde instabiles fiunt. peccatum peccauit ierusalem. propterea instabilis facta est. — Merito ergo. causa instabilitatis est. magnitudo sceleris. multipharie nimirum mundanorum malicia modos monstrat maculosos. dum plerique sub ouino habitu in uulpecularum uersu cijs uadunt. & ~~uirtutem~~ uirtutem ueritatis uacuantes molles mordent densis dentibus dolositatis. Fingunt se futuros fieri conformes caritati & in sedibus sessuros celicis. in solijs subistentes ut in uanis uacillent uaporibus. & formam figuratam ad terminos trahant traductionis. ut titubet a tranquillitate tutantis trinitatis. Prinde caueant cauti. quia decepta ad dolorem deducunt dampnandorum. dum suauiter subiectos se simulant sanctitati ~~quod~~ quorum mentes in manibus moriuntur immundicijs ignorantes eteri amoris canticum & culmen claritatis. In obscuris obsistunt obstaculis & nesciunt supremi solacii fulgoribus illustrari. quia uenenosam sibi uendicantes delectacionem. sub dolo deficientis dulcedinis indurantur ad dampnationem. Et enim quidem. cum uana presentis uite gaudia inardescunt *cernere*. etiam in illorum solacii radicem cordis non timent plantare. Hij. autem. & hijs similes. apud deum peregrinos se non efficiunt. sed potius apud diabolum ad quem properant. nam mundum amantes cum mundo pereunt. neque hic manentem habentes ciuitatem neque futuram concupiscunt. Perdunt itaque pariter celestem & terrenam & tormentis.

tacti tartarorum ignem induunt infernalem In presentibus periculosos ponderibus. uitam uellent uidere perenniter. quam profecto sciunt se non posse consequi. merito hinc expulsi & morsi monstris immortalibus mortem inueniunt a qua non poterunt abduci. Ve uiuentibus in uicijs & uacuis a uirtutibus uelut in uehementibus aquis plumbum descendentes profunda penetrant putei ichemalis. Ve mortuis in mundiali malicia excruciale solacium excrucientibus. degunt denique in desideratis delicijs. sed deinceps dilectam dolebunt dulcedinem. dum arescunt absinthio odibilis habitacionis. In felle finiuntur fetido. & falsorum funebria pallescent in pudoribus sine prosperitate quorum splendor ut spurcia spernitur. quamvis inter uiros uenerantur. Quia humana non divina ducebantur dilectione. unde. & absque dubio obtusis oculis pre ebrietate horribili. ueritatem uiuentem non uidebunt. Alienati sunt peccatores a uulua errauerunt ab utero locuti sunt falsa furor illis secundum similitudinem serpentis. Non licebit eis iterum leticia linire langorem lubricum. neque amplius habebunt animum ad amandum delectacionem delibilis decoris. nam omnis uana pulcritudo peremittere peribit. Amica eorum eorum arripitur amencia & desperata demonijs deuoratur. In papillis punita lugubris lugebit. & odientur ubera que effeminatos/s\ inebriauerunt Quamobrem per brachia que illicitis amplexibus illecta erant buffones baiulabant. luentes ludos laruales nam hostis hominum omnium illarum ornamenta accusabant. & obnubilabit horrenda obscuritas operum suorum officinam officinam Incassum quippe cupiunt carnalitatis colloquium. peribunt enim. in penis peruersorum. Reginas que reprobe regebantur uemes rodent uisibiles uirginum vero. uirtuositas uirescet ineternum. — Reges a regnis ruent. quia sanguis sceleribus sarcinatus duces & diuites inaniter decepti. Tyrocinia tyrannorum tradentur in exterminacionem & strate in sterquilinio stragule cum sericis & qui subtilia texerunt putrescent perdita. pulcritudine quemadmodum non putata. Prorsus in purum quamvis pulcrum uisui uirorum euanescet uehementer dampno deformitatis. & omnes obfuscati hostium obprobrijs per iustum iudicantem

fremitum



funebria

linire

papillis

laruales

tyrocin[a]

portenta dampnati dolebunt. Ve peregrinis qui ad pascua peccatorum per portenta putredinis parantur properare. magno nimirum labore languescunt in lusibus sine lucro. uiam non uadentes ueritatis & fatigati falsarijs in furtis offendunt famam. ad curiam canencium coram conditore transduci non tendentes pastum peregrinationis perire. sine precio perdiderunt & uitam uendentes pro uilissima uoluptate auide assumunt carmen captiuitatis. Execrabiles utique in openibus eradantur sine reuersione. a sapore celico. quia non sufficit sanguisugis. non solum uitam uirus euome/e\ntem ducere nisi etiam illam ut peiores fiant & teneros ad tormenta trahant sub habitu alieno studeant palliare.~~~~

5 o bumbraculis igitur aspectis diuitum dampnandorum omnium utique qui uite uanitatibus uersute delectabiliter ducuntur. ad pretacta plenius explananda propero. ut inspirante spiritu qui prebet potenciam. de gloria & perfeccione sanctorum precellencium. postillas proferam que pijs placeant. quatinus precipua & principaliora penetrantes dum legunt liquide penuriam perdentes etiam paruiora postponant. Non autem accipiunt omnes alci ora. nec canoris carmen caritatiui cuncti quamuis incorrupti canunt communiter. sed specialissimi splendentes in spiritu. & spurciciam spemunt multitudinis mundialis. secatos nimirum se sencient a sapore seculari ac raptos in requiem regalem. mente morantes in concupitam contemplacionem. donec aspiret dies & in clinentur umbre. & luceat lux luceme uerbumque ueritatis amantibus ostendatur & edes aperiantur etemales. ac introeat rex a rege regum cum grandi gaudio glorificandus in aulam honorificam ubi ignis amoris ardet assidue cum angelis assistens. Peremptis primitus tentorijs tyrannidis turbatis quoque pellibus terre madian. & inuidorum ueneno in uisceribus suis uerso. statim steriles non stantes nisi in stulticia tibubent in tormentum. Verum & caligo captiue concupiscencie cadat in obscuris. noctisque tenebrosa tempestas. ueraciter euanescat. quatinus sol qui occasum non habet radios rectitudinis euidenter emitat in sedes sedencium in clara conuersacione. & ludentes in luto per latebras luxuriosas cum cornibus excludat a contubernio currencium in caritate. Itaque aiebat in exordio oraculum amancium

Osculetur me osculo oris sui. Hec uerba uitalem uirorem iocundamque iubilacionem emanant in quibus etiam mistica & mirifica memorantur. Deo namque dilecta anima & deuocione dulcorata dummodo diuulgata. feruorem querit eterni amoris dulcedinem discit sancte contemplacionis. solucionem cupit carnis corruptibilis & inunionem anhelat dilecti inuisibilis. clamat ergo. amando. & amat clamando. capere cupiens consolacionem & degustatam dulcedinem petens perfici & dona desiderata perimpleri. Osculetur me osculo oris sui. Ardor autem diuine dileccionis primus est ut prebeat speculacionis species. nimirum nempe nisi qui christum recte diligit in canore contemplacionis non iubilabit. Cantabilis quippe contemplacio. uirtuosos ualde sibi uendicat. & perfecto uix perfectissimi comprehendere queunt canticum charitatis cum sono suavi celico silicet non utique humano. Et merito nec mirum si hic multos non mulcet. hoc melos mirandum. quia caro corruptibilis aggrauat animam & terrena inhabitacio deprimit sensum. Verum si inuenit hunc canticum quisquam manet medullitus in mente mutata. nec recedit reuera nam recte ruminatur iugi in iubilo. donec representet reddatque raptum. regi regnanti ut semper subsistat in solio celesti. & sedeat cum summis ut seraphin succensus. Et hoc est contra quosdam qui breuiter dicebant dulcedinem durare & quasi in tactu transeat. contemplacio tam cara. non memorantes. medullam minus quam meritum nobis nudauerunt. & ideo mirabar quod magni tam modicum de maximo. hoc est de amore eterne amantis. milicie miserunt.

d eus. docuisti me a iuuentute mea .6.  
& usque nunc pronuntiabo mirabilia tua  
Audeo hoc dicere quod amans accepi. non mencior. a mundo maiestas me mouit. incendens celitus ut senciam saporem. & feruens fiam in fide felici. Etiam inter epulas quas curabant utique habundat amor auctoris. & dulcor non deest. quia ducor deuotus diuini decoris. ac in mentis misterijs resonat refeccio quam refe(ro)\eicio refero ad regem inter ruentes rapine redactos. Dum uigilo non uaco auoce uitali. si legerem si scriberem si ambulem si agerem. continuo canorem concentu cupitum si comedam si bibam non cadit a corde nomen

[C]anticum de quo loquitur non est tale. quale multi estimauerunt. quia nemo potest cognoscere illud. nisi qui accepit. ceteris autem. quamuis iusti et sancti sint incognitum / tamen\ est. Sed quicquid agat homo. uel paciatur pro deo. uel quantumcumque se perfectioni studuerit mancipare. non merebitur ad illud ascendere sola enim dei bonitate. datur illa sonora suauitas ardentissime christum amanti. Cautus sit quisque qui lecturus est hunc librum. quamuis deseruit totum mundum non cito suspicetur se talem de quali loquitur hic. ne presumptor [...].ator iudicetur. quia nonnullus putauit se habere quod non habuit. eo quod in solitudine sedit. et capitis debilitatem. incurrit in quo sonuit. & putauit se au dire melos angelorum. illud. autem de quo loquitur hic intra hominem est. unde dicitur. regnum dei intra nos est. Et quamquam aliquis amet solitudinem et in ea [...] quia penuriam pati pro deo non recusat & aliquando supra se asculat quasi melodyam. non quia se in hoc estimare sanctum neque & si quandoque sentiat [...] quasi perfusum noua dulcedine attendat diligenter quid tunc agat uel cogita/e\nt Est. enim quidam demon meridianus. angelus sathanus

notandum solum in quo saluari me sencio securum. Non obliuiscar illius qui animum assumpsit ut ardens anhelem ipsi adesse. Sine ihesu non iubilo qui genitum me ges sit a gemitu & gelu. ut geminer ingenuus in ius ierarchie. & cum sedeo inter suspirantes ad seculare solacium. dum non gariunt ut clagentes michi in secreto quod non sciunt ac si essem in requie restauratus resultat organum. angelicum. & sonat sed subtilissime celica symphonia. Sed siquidem dum sisto in solitudine suauissimam sencio psalterij solutionem. illud autem inter homines non habeo nisi propter impetum amoris. & quando etiam tunc ardore affluo. amoto strepitu circumstancium & turpitudine stultorum. Unde & dissolui desidero ut ducar ad dilectum. nam contemplatiua suauitas desiderium mortis mandat in mentibus & patrie quod percipimus precedit premium. quia tunc cum gaudio in gracia grauidi ab hoc mundo morimur. quando iam delicias dilectionis diuine in canor/r\ a cogitantes contemplacione, aduentum glorie magne dei parati prestolamur. Foris festinanter emittitur omnis utique deprauacio deceptorie delectacionis & captiui quondam carnali concupiscencie conglutinati, quatiuntur a cordium curiositate dum igne sancti spiritus incipiunt inardescere. & etemitatis gloriam indefesse desiderare. Afflati inde affabiliter dulcore diuinitus dato non libet ludos lingere lubricos humanitus oblatos. sed aspirantes apte ad aspectum angelorum lucem laudant faciem confortantem. Sic suscepti in sanctorum solacijs. propius procedentes splendore solis superni interius incalescunt. /enim\ qui adheret deo unus spiritus est cum eo Igitur in hoc nostrum consistit gaudium. cum deus in nobis habitat & nos in eo uirtutis uigore ueraciter uiuimus. quatinus cupientes charitatem canere. etiam & melos mellifluum ad alta ambulantes audiamus. Purificatis in pectore pariter & pie personabunt dum siderum societa/t/es concuiibus condescendunt. sed mirabili modo. quia sic magnificas mentes muniunt musica melodia. quod mali ob hoc ab ebitudinibus estu. & immundicie non emendantur. denique sunt indigni & ideo non debebunt in donis dilatari. quibus dei dilecti iure

iubilabunt. Superbus enim insaniam sapiens seueritatis sententiam senciet & quia putauit quod per semetipsum in potencijs pergere potuit. frustra sublimatus ad nichilum deuenit. Quippe etemus conditor eo modo ab inicio omnem creaturam constituit. ut sine ipso nec aliquid agere nec quidem uiuere aut esse ualebit. quanto magis in pietate aut potestate non perficitur. si non intelligit quod hoc ab omnipotente habuerit. in cuius dominio cuncta consistunt. Quamobrem conso lacio ~~tem~~ uera. rationali creature concupiscenda. nequaquam alicui aliquando illabitur. nisi ille opifex menti mortalium per gratiam & gratitudinem affuerit affuerit; qui eam bonitatis beate capacem creauit.— habent attamen seculi sapientes solacium quod suspirant per quod postea supplicium suscipient. & sectatores siquidem uenenatarum uenenatarum uoluptatum capiunt callide quod cupiunt conso lamen. Et enim. infatigabiliter faciunt ut desiderijs dampnabilis delectacionis tam sufficiens se sacient. ac si in illis oblectamō/e\ntis aures obturantibus ab amore dei. felicitatem futuram integre inuenirent. Sed ~~nim~~ nimirum nodati necis nexibus in dulcedine decipiuntur. nam uera non est sed uana. non eterna sed momentanea. non laude digna. sed detestanda. Insuper & cum breui termino consumitur. patet quia nec continuis complexibus gratulatur. Vanitas namque uiuorum non uere uiuencium. & mollicies mulierum morula retibus respersa ruinosus in lacum liquefient labore languido cum lite lance ata. Exinde aspicitur ut oportunitati adheramus ad amandum auctorem quia lugubris non lauda laudabitur lenitas. nam mors cum melle miscitur & gloriancium carnaliter. casus curam comitatur. Illa ~~egit~~ igitur desiderabilis delectacio uera est. que ueraciter uiuificat. que a fonte inuisibilis uite eternaliter emanat. quam perstat conditor non creatura. que mentem non uentrem letificat & cum uiris in uirtute uiuacitate uigilantibus perpetue perdurat. Hec utique ab empyreo procedens in pueris peruenit probitatis qui etatem moribus transcendunt & tuba tacti tinula temperatos se tradunt inter temptamenta. caloreque creatoris confortati languent in lumen rapi



clagentes

morula

lugubris

melos

o

qui setransfiguratur in angelum lucis & decipit multos. Si autem habeat illud interius gloriosum canticum securus sit nichil mali accidit. quia non potest esse nisi a. deo. Cantus ille est. cum mens deuota & defecata. per sonum celitum cantat delicias eternas & dominum amoris verum. non potest quis/s\ exprimere istud ad plenum sed hec dura sunt. ut non sitis decepti. In dicendo oraciones uestras liquidius potestis scire illud. quia talis inaptus in iubilo spiritualiter canit. quod dicere consuevit

redintegrando re/e\gionis. ac gestientes iubilum iugiter & canorum capientes carmen a lubricitate loti liquescunt in laudibus magnifice maiestatis. merore mitigato ∞∞

.7. N  
t

igra sum sed formosa filie ierusalem. Nigra nimirum electa anima exterius apparet. in oculis intuentium eo quod in pluribus probatur penurijs & ~~presencialiter~~ presencialiter punitur pressuris. & diuersis aggravatur dogmatibus. propter plurimorum perfidiam qui sine sciencia se proferunt principare populis et seipsos ad salutem seruare nesciunt. neque disciplinam in domo dei didicerunt. Sed uelut insensati & frenetici pondus sponte percipiunt quo premuntur & inordinate ordines assumentes. aliquid habent in hoc exilio quod optauerunt. & in futuro ad flammam fetentis inferni. feruntur. quia falsi fuerunt quod promiserant non perimplentes. **Per** cautelas & colloquia carnalia custodes in ecclesia constituuntur ut re/e\gant mentes ut resurgant. & illi iam antequam intrent in cahos concupiscencie corruerunt. qui cunctorum tamen curam secum copulant pro quibus etiam rationem reddent. quomodo in puritate uite & in pascua pauperum predicacionis. Prothdolor. non pascunt. sed perimunt. non colligunt. sed perdunt non castigant. sed quassant. non mactant cum petro. sed decipiunt cum helia. Prinde patet quia non propter pietatem parochianorum. sed propter possessionem pecuniarum gregis christi custodiam concupiscunt. Vnde & in introitu illorum a principali pastore excommunicati apparent qui ait. qui non intrat per hostium. in ouile. hoc est per christum in ecclesiam sed aliunde ascendit. idest. per potenciam principum uel per preces magnatum. & uel per munera. uel per humanum fauorem. potius quam per scinceram conuersacionem & eleccionem. hic fur est & latro. Heu domine deus deuorant patrimonium tuum. & non pascunt plebem tuam. Domine ihesu. qui redemisti nos. de uultu tuo iudicium populi tui prouideat. & oculi tui uideant equitates. En piissime protector. clamant. murmurant. rixantur. ~~maledicam~~. maledicunt si oblationes que tibi debentur & altari tuo ultra terminum prolongentur ab eis & non reddunt populo

tuo quod debent ipsis. Attendite miseri. quia ministri estis multorum non domini. cur tanto ardore uestra queritis. & de illis que dei sunt non curatis— Queritis pecuniam. sed non profertis predicacionem. Gaudetis lac & lanam colligere sed quia portabitis peccata parochianorum poteritis dolere. Ponderis cum honore ponitur. & argenti ~~eum~~ cumulum iudex minatur. o. Ve qui se offerunt habundare opibus. & non sunt diligentes de curandis animabus. Inpudenter assumitis curam aliorum & uestri curam non dum fecistis. Audi insipiens quid tibi dicitur. medice cura teipsum. Es. etenim sicut indoctus o. phisicus qui curam infirmi audacter accipit. & tamen non adhuc quali medicina eum sanaret addiscit. Ve qui non sciunt. nec addiscere cupiunt. primum malum. secundum peius. In istorum autem oculis qui odiunt arguentes deuotus uir & deo placens niger est & non nitens. sed formosus est in anima fulgens in confessione firme fidei & feruens in factorem feliciter perfruendum. Sic quoque latibula languentium amore altissimi penetrabunt puritate perfecta & pacificam mentem plenissima species dulcedine debriatur. Quam deuota sciens anima clamat caritate concepta. Osculetur me oscula oris sui. Divinum itaque osculum est. solacium sentire eterni amoris. Dum enim mens dilectione dei recte rapitur. deus pater. ore suauitatis filij sui illam. quasi osculatur. Capimur autem ad contemplacionem sonantibus epulis insignitam. amore ardentissimo uite inuisibilis. cum omnia que exteriora sunt prorsus obliuiscimur. & ad sola interna. diuina scilicet querenda. sapienda speculanda celitus subleuamur. Scientes subito solacium sanctitatis. & parati profecto ad paciendum non erubescens inopiam. neque paupertatem putantes esse prauam. nam princeps populorum hanc prelegit & amicos eius pauperes esse predicauit. Quamuis nigri & nebulosi inter nequam nitentes. uocemini. inter inpropria errantium ad palacium paradisi pergite & a pressuris inpuerantium ad pacem perfectorum protinus peruenite. nam affluentia

catilenas

grandis gaudii saciat sustinentes.  
Denique inter diuites demorans panni putridi  
me pene deprime/e\bant & nudus nocebar  
quasi per morsum muscarum. Cutis quippe sine cooper-  
torio confortabili confortabili calcabatur. pel-  
lis mea in puluere induta squalorem scaturnizabat  
sed & estu affligebar inter obumbratos ab omnibus  
que optabant ac frigore frendebam dum opimis  
utabantur ornamentis. & in superf fluctatibus sali-  
erunt. qui datorem tamen deum in hiis non dilexerunt.  
Hinc gratias ago amoris eterno per quem animum inueni  
ut relinquerem ruine recia & omne diuiciarum  
desiderium destruere destruere despiciens mundum  
& totam eius maliciam ut tollerem in hoc tempore  
modicam molestiam. Nam omnia aduersa aduersa  
michi chara consistunt pro conditore. quia caritas  
cremans in corde. pro nichilo nocentes michi com-  
putat & dum curro per /in\ canorem per iubilum  
ihesus me gerit ab iniurijs. ac sic dulcisona  
descendunt in deuotum. & duras passiones  
deinceps declinauit. En itaque nigra sum sed  
sed formosa filie iherusalem vos uidelicet fideles  
anime per mortem renate resurgentes ~~autem~~ & ablute  
iam ab inmundicijs si beate uultis uiuere.  
mecum ad mansiones mellifluas ab imis  
auolate. Porro presbyteri nisi precipue presint  
presse plebi pertimescant. Cogitent in  
corde & recogitent quod deo in ore canunt.  
Sacerdotes tui induantur iusticiam & sancti tui  
exultent. Letentur sancti. luceant iniqui  
sacerdotes igitur sapienciam celestem intra se sen-  
ciant. & humanam astuciam non ignorent. non ut  
agant. sed ut caueant. & semper bene agant.  
unde ait. apostolus. omnia probate quod bonum est tenete.  
Sint in sermone prouidi. in silencio discreti.  
prius addiscant discipuli fieri antequam pre-  
sumant accipere opus magistri. Alios  
regulas christianorum docere non poterunt. qui eas  
nondum didicerunt. Sciant. ergo scripturas qui  
ut eas predicent preferuntur. Insuper & sint  
mansueti. patientes misericordes. sobrij  
pij iusti. & precipue splendentes in  
castitate. videant ne bona pauperum  
expendant in prostibulo meretricum. In  
gestu sint humiles. in uestitu mediocres

in omni opere uenerabiles. coram deo & homine irrepre-  
hensibiles. ut postquam populum christi per modicum tempus  
rationabiliter ~~pauit~~ pauerint in eterna gloria plenam  
mercedem laborum suorum deo largiente percipiant.  
non solum auream pro seipsis uerum etiam & aureolam  
xultabimus & te letabimur <sup>pro subditis</sup> in te. Non  
glorietur diues in diuicijs. sed in deo qui  
illas dedit. nec sapiens in sapiencia sua superbiat.  
sed laudet largitorem qui dulce lumen tribuit  
oculorum suorum ne secus sespitet ad scelera non  
respirans ut resurgat. Intendamus igitur  
integro intellectu omnipotentis amore incendi  
& recte refutare reliquias reproborum. Hinc  
etenim corda nostra ~~est~~ estu eterne lucis incipi-  
unt calefieri & dulcore diuino suauiter  
obumbrari. ut iam ignis supermi. feruor. a calore  
captiuantis cupidinis nos refrigeret. ne aduersa  
rius noster tanquam leo rugiens per temptamenta  
sua blanda uel aspera nos deuoraret. In hoc  
autem intelligimus quia illud lumen incircumscriptionem  
est uerum & eternum dum mentes nostras illu-  
minat. quanto ab illo splendore medullitus  
exurimur. tanto suauius in christo gratulamur.  
Non utique quemadmodum sol iste materialis qui  
diu se considerantes pene execat. sed proculdu-  
bio qui illum solem celestis patrie cum desiderio  
& diligencia non respicit. sine fine cecus erit.  
Etenim itaque lucem illam incunctanter cognoscimus.  
quia quo diucius in hac uita uirtutibus uestiti.  
& a uicijs uacui uisibiles uiuimus. eo ipso  
ueracius subtiliusque illam interiorem inflammantem  
~~se~~ sentimus. Ignis enim eterni amoris  
concupiscenciam carnalem ab animo absumit. omnesque  
noxias flammis extinguit. ac peccatorum rubiginem  
redigit in nichilum. ut mens ~~sancta~~ sancta pura  
& pacifica canat in iubilo exilic exultet  
& letetur in ihesu salutari suo. O quam ~~se~~  
suaue est gaudium ab omnibus istius seculi solacijs  
prorsus ~~despici~~ de/e\spici. & interius eterni  
splendoris incendijs perfecte penetrari. Quatinus  
cor concipiens consolacionem spiritualis cantici  
supra mortalium multitudinem regimine rationis  
se rapiat. & in delicijs deitatis delectatus  
in canticum carissimum laudans liquefiat.  
O. quam ~~dulce~~ dulce & delectabile est immo

aureolam

8

Vigilie hec proprie agunt  
ut superabundantia desic-  
cent. membrum cordis & perfec-  
cionem digestionem corrumpant  
uirtutis. unde eorum palpebre  
& facies. tumescunt colo-  
res mutantur.  
Mulgeatur super caput  
eius lac mulieris.  
puellam nutriendis.  
& cetera in eodem versu—

aliquando

Fluxus sanguinis ^ utilis  
est. ut non causone  
frenesi. contingit. et in men-  
struis et cataractis  
calidis. ex motu nature  
uer. et sanguinis. non bonus  
ex nimio calore est  
interiore eorum corpore  
qui cum bulliat fumum  
ascendere facit. ad capitis  
superiora et implens  
uenas crepatur. ut  
currere eas faciat.  
Fit fluxus sanguinis.

Nota in matrice mulieris  
.7. esse receptacula. ubi. re-  
cipit. si vero sperma ceciderit  
in uno uase uel in altera tot  
pueri creantur. quot uasa  
recipiunt sperma. Sicut  
sanguis ex cuius subtilitate  
fit sperma. habet potestatem exiendi  
per corpus. ita et sperma que  
inde fit habet potestatem exiendi  
sine uoluntate. hominis uigilando  
dormiendo

cithara

delectabilius ~~quam~~ quam excogitare possumus  
consolatorium canticum eterni amoris canere &  
celica resonante cithara contemplando iubilare.  
Decidit desolacio & ~~me~~ mesticia foris mittitur  
dum mens moratur in melodya. & migrat in  
montem mellifluum manantem. Inpinguat  
autem animam dulcor dulcifluus dilectionis.  
& ardor ~~ami~~ amabilis audacem facit animum.  
ac infert ad intuitum interiorum & collectum  
in caritatem continue ad sublimem sumit  
sanctitatem. Nec eum inquam ad ocium sinit dilabi.  
~~qui~~ quin potius ut exerceatur in uirtutibus  
rapere nititur ut postpositis perturbacionibus populorum  
in deo iugiter delectetur. Hec utique uita  
sanctissima quam non nisi summi sorciuntur. angelica  
ueracius est quam humana tam uirtuose & uigilanter  
in carne corruptibili uiuere. quod nullam delec  
tacionem nisi diuinam in anima sciat sentire.  
Hinc itaque & contemplatiua uita congrue &  
non inconuenienter. dicitur. cum quis sic inter homines  
habitet. quod nichilominus sonum in se susci  
piat celicum supernumque aspiciat apertum hostium  
& eterni amoris incendijs interior se sen  
ciat raptum. Dignum igitur. ducimus & plane  
profitemur. quia uiri contemplatiui. actiuis peremitter  
~~per~~ preponuntur. Siquidem sancti. qui hoc modo  
supradicto. se incessanter erigunt in conditoris  
contemplacionem. eminentes existunt inter omnes.  
alios excellunt uniuersos. & ordinem honorabilem  
accipiunt inter angelos. qui sine ordine propter  
amoris inpetum ad libitum fluentem. angelorum  
& hominum amant amatorem. set sciant  
singuli quia secularia non sumunt solacia.  
& nullis uertuntur negocijs ut in exteris  
occupentur. at pre amoris eterni affluentia  
& canore suauitatis concentu intimo  
iugiter sedere poterunt; qui ad hanc claritatem  
consciencie & perfeccionem pectoris potenter pertingunt.  
De iure etenim in iubilum genitur. qui sedendo  
tacendo solummodo circa diuinum amorem  
infatigabiliter excercitatur. Nimirum namque  
nonnunquam contingit quod plunique qui pluribus  
exterioris operacionis implicacionibus instare  
cemuntur. coram hominibus; ociosi maxime uideantur  
in oculis diuinis. Parum autem prodest corpo  
ralis excercitacio ubi mens a celestibus cogi

infrunitos

tandis distracta in fantasmatibus fallibi/lium\  
~~lum~~ mundi rerum non metuit discurrere;  
& oculum cordis ab intencionē spiritualis gustus  
gaudii permittit euagare. Quanto. ergo. anima.  
co corpore dignior & excellencior creditur.  
tanto labor spiritus quam labor corporis melior.  
& fructuosior esse probatur. Et utique contemplacio  
labor. sed dulcis desiderabilis. & suauis labo  
rantem letificat non grauat. Hoc nullus nisi  
gaudens perfruitur. non dum assumitur. sed quando  
perditur, laborans fatigatur. Letatur quis si ta  
lis amica sibi sibi aduenit. lugebit si  
recedit. Hec est rachel pulchra facie &  
uenusto aspectu quam iacob in tantum dilexit.  
quod pro illa spacium septem annorum parum  
deputauit. O. bonus labor ad quem laborem  
ad quod ministerium mortales languent.  
O. mira laboriosa occupacio quam precipue  
quiescentes agunt. Contemplacionis quippe  
quippe laudabilis est leticia. que lauat lubricum.  
le/e\uat lotum. leuatum letificat. iubilanti celum  
aperit. intritum ostendit ora accusancium obstruit  
faciem in iubilo uidere facit. obscura illumi  
nat. secreta demonstrat. Etenim |quasi stella  
|matutina in medio nebule & quasi / ^luna\ plena in ^luna.  
|diebus suis lucet quasi ignis effulgens & quasi thus  
|ardens ardens in igne quasi uas auri solidum  
|ornatum omni lapide precioso. Hanc amaui & exqui  
|siui a iuuentute mea & quesui sponsam michi  
|eam assumere & factus sum amator forme illius  
non fallentis femine. que furiosos facit  
infrunitos. nam propter speciem mulieris multi perierunt.  
pulchritudo plurimos decepit & concupiscencia corda  
eciam sapientum quandoque subuertit. Hinc animaduerti  
quam glorificum sit gaudium ab omnibus presentis  
uite desidenijs diuinitus eripi. & in delicijs  
eteme suauitatis collectus intus omnino occupari.  
Intra in cubiculum tuum & clauso hostio mentis  
tue ne introeat ~~aliquid~~ aliquod immundum.  
|ora patrem tuum in abscondito & pater qui uidet  
|in abscondito reddet tibi| mercedem in aperto.  
Alter exterius non operans sed diligendo deum in  
contemplacione quiescens splendore supemi lu  
minis perfunditur. alter multum in exterioribus agens  
ab illo ad huc gaudio longe separatur. Sed queso  
quid prodest ei. quia. magna & multa uidetur agere.

diuina ~~et~~  
diuina

aut alteri obest, quia eum intus dileccio dignatur ligare. Verum profecto est quod ueritas ait. Maria optimam partem elegit. Vnde & non est accepta laborantis querela. Domine non est tibi cure. quod soror mea solam me reliquit ministrare. dic ergo illi ut me adiuuet. Sed conquerens audiuit potius iudicis sententiam. ut non presumeret ultra inquietare sedentem ut surgeret ad laborem. quam a domino sciuit excusatum. Martha martha sollicita es & turbaris erga plurima. porro vnum est necessarium maria. optimam partem elegit que non auferetur ab ea. quasi diceret. Hec que sedens contemplacionis dulcedine. capitur. ab illis ~~intemis~~ intemis aspectibus quibus gaudet ad currendum tecum & surgere non debuit sed tu potius omissa multarum rerum solitudine ad vnum solum querendum ~~quod~~ quod est necessarium te accingeres. quia sic citius ac excellencius ueram uitam inuenires. Vnde & huic alludit quod alibi scribitur. Adiuero uos filie ierusalem quod non suscitetis neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa uelit. Ecce iam que nichil nisi christum diligere nititur. a christo omnibus prefertur. Putamus. enim quod non potest quicquam quomodo amor apud deum accipi nec tam opus quam volunta/a/s reputari. ∞∞

q uoniam non in finem obliuio erit pauperis. paciencia pauperum non peribit in finem Gaudete pauperes in paupertate uestra. pacienciam probat caritas. probacio. spem operatur. spes autem non confundit. Exultamini inopes. gaudete me/e/ndici. pauperes suspicite. quia uestrum est re/e/gnum dei. Modicum & breuiter patimini. multum & eternaliter gloriabimini. Igitur cum iam pauperes cotidie ~~an~~ in contemptum cadant & pre calamitate confusi etiam inter epulantes egeant. plurique. pro profecto pauperes primatum percipient & peruersos principes ~~populorum~~ populorum in iudicio iudicabunt. Agite nunc diuites plorate & ululate in miserijs uestris que aduenient uobis. peribit ~~proculdubio~~ potestas presens & omnes diuide uestre ad nichilum deducuntur. ac destructis delicijs. uestris. fetorem & flammam uobis fabricastis. Lugete miseri. leticia quam laudatis labitur. & ve etemum uobis ingruit. quia uester est inferni feruor & frigus sine fine. Porro pauperes consolacionem querant in futura felicitate. & cum leticia laude/e/nt conditorem quem habent custodem qui & confortat karissime corpora aliter cruciatos. Recordentur regis rectitudinis.

qui regit ~~re/e/deunte/e/s~~ <sup>redeuntes</sup> ~~re/e/deuntes~~ ne ruant in reprobacionem & oppressos pauperes ab iniquis ~~eripit~~ eripit. ac penas passos pro pietate in palacia perducit paradisi. demergens hos qui degunt in delicijs captiuatosque curis carnalibus in dolorem dampnacionis. Moretur iugiter in memoria mendicorum. quia deus non saluat impios & indicium <sup>id est apostolis & perfectis.</sup> pauperibus tribuit. Et iterum audierunt electi. illud amantissimum. quia. fulgebunt iusti & tanquam scintille in arundinetis discurrent. iudicabunt naciones. dominabuntur populis. & regnabit dominus illorum in perpetuum. Quippe confortatorium canitur in ecclesia. Iustus pro lege dei sui certauit usque ad mortem & a uerbis impiorum non timuit. fundatus erat supra firmam petram. Nimirum dum nocumentum nocturne nebule nectit nesciolos electos eius christus utique ab erumpnis exiit. & insidijs. & sanctos suos non deserens sed dilectos diligens & a contagijs conseruans ad diuicias desiderabile/e/s ducit. Vnde scriptum est. Descendit cum illo in foueam & in uinculis non dereliquit illum donec afferret ei septum regum & potenciam aduersus eos qui eum deprimebant. & mendaces ostendit qui maculauerunt illum. & dedit illi claritatem eternam. Ecce in hijs uerbis desiderantissime dulcedinis. resurgens respirat animus. & accinctus amabili audacia lenitas labores graues relaxat. Plane ut o puto sermo supradictus potius in perfectis perquirat. gloriam quam expositionem. Scriptura quippe patet sancis quia non est occultatum os eorum ab illo in occulto quod fecit. Perinde presentes passiones pauper preparatus percipit. & penetrans profunda pie etatis cum iugi gaudio non cum gemitu in gratia grandescit. Nempe grandis glorie speramen spernit spurciam. & cupidinem carnalis cure conquassat caritas. confirmantis conditoris. Vt mens memorans immortalitatis magnificenciam. & ~~ille/e/eta~~ illecta in ~~latibulo~~ latibulis suis leticia que non labitur ac lustrata luce laudabili celesti suauitate sublatam ~~se~~ se senciatur in supernis. ardensque in amore acceptabili in psalterio salutifero resone/e/t regnanti canticum caritativum. Demum deportatus

.9.

o

denique ad domum dignissimam uim uidebit uindictandi se de uiciosis & arduum habens ad iutorium angustiat eos qui se angariauerunt. Tentus tandem in tranquillitate tutissima transfe transferetur ultra terminos temporalitatis indumentum accipiens admirandum & armatus in armis audacissimis expugnabit potenter pessimos ne palacium penetrent puritatis quia inmundiciam amauerunt. quatinus comprehensi in contagijs & in carnalitate quam concupierunt cadant in carcerem caliginis & inhabitent in inferis in eternum. Sic enim maculant mentes suas in malicia. & carnem corruptibilem cupiunt colorare diuersimode & delicate ac si illam crederent continue consistere posse in presenti prosperitate. sed profecto frustra falluntur quia funditus finietur. hec felicitas propter quam in femineam fictionem se figunt. & capita coronancium se laureis luxuriosis confringuntur. per quod plagam penalem patientur in perpetuum. quia sanari se. non sustinuerunt in hoc seculo. Testamur itaque & testes sumus trisagij. aliter enim tranquilli non teneremur sine timore. quod in tonitruo tonante terminabuntur regna regum. qui nunc resident. reprehensibiles & ratione non reguntur. reuera & omnes omnes. reprobi rediguntur usque ad reliquias quas rex propter resistenciam reprobauit. Castra quoque carnalium concucientur ad casum & mollicies mammarum muliebrium mutate in merorem pre duricia desolabuntur. usque ad destracionem. Ve qui uirgines uiolant & euacuant uirtutem uirginitatis. precipitabuntur proinde in profundissimam putredinem. quia usurpantes omnipotentis honorem. dulcedinem deleuerunt quam deus desiderauit. Virginibus uero quia sub uiuificantis uoluntatem uenudari uouerunt. magnum uidetur martirium quamuis non moriantur. nimirum namque pugnant per pacienciam contra postulantem qui se perdere proferunt puellarem puritatem. & resistunt reprobis per rationem trucidant que per temperanciam tyrannica temptamenta. Verum & uiuunt in uirore uirtutis. quia non sustinent sathanam in se seminare superbia. neque spuriciam spargere inter speciosas. Quamobrem clarissime coronabuntur. inter choros concinencium cantica canticorum coram creatore. atque honorifice assumuntur.



v

ad equalitatem angelorum. quia sine corrupcione/c\ carnis tam ardentem amauerunt. Quippe carnales castrimargijs conglobati. quia corrumpti non contradicebant. & cucurrerunt in concupisce/c\ncijs suis sine custodia castimonie & consilio caritatis. constat quod capientur in chaos caliginosum. quemadmodum consuetum est cunctis captiuis claudi in carcerem sine consolacione. Et merito quia malicie ~~mei~~ metas in peccando non ponebant in presenti. sed abierunt absque amore auctoris usque ad obitum. in futuro sine fine feruebunt in flammis nam dolor dampnatorum nunquam deletur ∞∞

10

eniat mors super illos & descendant

in infernum. Puto quod propheta predixit

penam peruersorum ut venturum preuidit non utique ut arbitror. optauit erumpnosum hominum egressum. aut descensum durissimum sed legi dei condelectans ~~qua~~ qua punietur peccans qui eius transgressor est & cupiuit ut compleretur quamtocius numerus nobilium qui resuscitati redintegrent regionem. quando quidem & mundani non morabuntur amplius in opulencia quam hic habuerunt munera amatores/e\s mugient sine mansuetudine inter morientes melosque multorum mutabitur in merorem. Vnde & amodo erit ulcio omnium habitancium in terrenis. quia in exterminium tradentur omnes tyranni & multiplicacio malorum irruet in impios. uerum & inuidi uigilabunt in inmensis miserijs. nam omnipotens obliuionem accipiet omnium illorum & erunt ignobiles sine adiutorio amoris ~~eius~~ eius in eternum. Nec recordabitur reproborum in resurrectione ut respirent ad regnum. quia tortuose. & sine ~~trami/te~~ tramite tranquillitatis in inmundis ambulantes anfractibus in interminabile tormentum titubabunt. Siccine separat amara mors a solacio sanctorum. nam super quos uenit in uentilacione uerissima nunquam fruentur felicitate. sed uelut furiosi fredebunt in frigoribus infinitis Siquidem & scelus superbiorum cum substancijs suis subito sepelie/e\tur ut ultra non appareat inter amantes. nec delectabuntur deinceps in dulcedine quam desiderabant. at uero. dabuntur in dolorem dampnatorum remoti <sup>id est certe</sup> reuera ad resinam sine omni remedio. & nimirum hoc merito monstrabitur coram multitudine. quia diuites dire deiectionis

o

o

trisagij.

exterminium.

a dominijs dupliciter dolebunt. Quandoquidem & principes quamvis precipua pulcritudine pollere putabantur & florere. fortitudine qui eos. inficiebant. peremptis ~~potestatibus~~ potestatibus suis penas perpetuas pacientur. Et erubescunt amplius quam alij cum omnipotens opera omnium coram intuentibus palam apperuerit. quia infelices sine fundamento fidei fuerunt. & nunc pauperibus quos spernebant in pulcherimam patriam promotis illi utique sine subsidio ab altitudine honorum repente mentes ad obprobrium omnium abducuntur. a castris ad chaos cadunt pro ueste purpurea induta erit caro eorum putredine & pro delicijs in quibus degebant in sordibus pulueris pemoctabunt. Demum & generale indicium geretur. ut omnes obnubilati obscuris ~~operibus~~ operibus luceant cum lacrimis sine lucis lenitate &/&\ plorent plus quam putare quis poterit. quia in perpetuum non purgabuntur. qui in prauitatibus perseverantes lumen leticie salutaris ante oculos optinere ode/c\bant. Perinde penitus a pace proiecti prefumo fetentis fornacis flebunt sine fine. ardent/t\es autem horribiliter in igne infernali quia ~~non~~ non amauerunt auctorem uniuersorum. ~~vere~~ vere uidebunt quia dilecti dei penitentiam & pressuras in presenti paciebantur & fame ac frigore afflicti fuerunt inter ~~festa~~ festa facientes. Quorum quamobrem miseria in ~~ma~~ magnum nimirum mutatur melos/s\ & contemptus qualium quia calcabantur ad honorem ascendit angelicum. Separabuntur. scilicet. a sublimibus huius seculi & ecce amatores hij eternitatis sedem suscipiunt inter celicolas sempiternam. similiter hoc sentiunt supportati quod debilitas qua a dominijs & dignitatibus despiciebantur integra intencione in probatissima paupertate existentibus ad apostolicum assumitur apparatus. Itaque in hoc modo mutacionem intelligite dextere excelsi. quia de egenis habundantes. de mendicis milites. de pauperibus potentes. de iudicatis iudices. dignacio dei denunciabit. Tanto namque ad maiorem iudicarie potestatis altitudinem in futuro excrescimus. ~~quanto~~ quanto mites

inter maliciosos morante/e\s a reprobis despecti & iudicati sumus. Sed hec nimirum. presumpcio ne quissima predicatur cum peccator impurus iustum iniuste redarguit. & ignibus eternis captius cruciandus. sanctum dei diffamare non pertimescit. Putet plane peccator & inpaciens quia iuste in iudicio iudicabitur. & ab illo quem in hoc mundo indigne despexerat & cui iniuriam irrogauerat peremptus punietur. ¶ Detractores deo odibiles ut quid, frustra dilectis dei derogatis quos uelut agnos inter lupos uidetis. Prorsus peruersi & sine pie/e\rate uosmetipsum ostenditis cum non parum uobis. uidetur christum non diligere nisi etiam ipsum in seruis suis studeatis impugnare.. Recte ergo redarguit propheta ~~per~~ peruersos secundum aliam litteram que legitur. Quanquam in ymagine ambulet homo tamen frustra conturbatur. Frustra fortiter feroces. quasi furibundi fiunt. cum in intellectu quem omnipotens inspirauit ambulantes. ornamentum operis altissimi inmundis maculant namentis. et exuentes eleganciam eleccionis eterne. donum dignissimum deprimentium deorsum uiciorum uilitate uestiuntur. In facinoribus suis figuram deflorant. felicitatis future similitudini serpenium se subicientes. Concimant cotidie corpulenta combustionis & causas capiunt carminis excommunicati. dum tantis turbantur tribulacionibus. ut ea solummodo sapiant que non suscipiunt ad salutem. nec saluant sustinentes. sed potius parant putridos in piaculis qui profundarum penetrabunt perpetuitatem penarum. cum odio & obprobrijs in ignibus undique arsuris. Ergo frustra conturbantur. quia modicum masticantes molliciem mundialis magnificencie in muneribus male multiplicatis moriuntur. & abducti ab auribus amate auditatis deferuntur non ~~et~~ diuites. sed dolentes ad diram dampnationem horribilis officine & ad permixtionem palpabilium tenebrarum cum sulfure succenso in torrente tormentorum. Igitur inspectis ~~e~~ erroribus inpiorum. caute conuenite in connexionem caritatis ut caueantur & interim donec habueritis amorem qui non excidit intendite interius ~~in~~ immorari. sine ebitudine induentes uos intrinsecus integre deuocionis dulcedine. & concupiscentes custodire corda in continua castitate. ac mentem ab immunda meditatione etiam ora. usquequaque oppilate. ne ociosa vel non

obnubilati

melos

turbo  
anhelans.

11. d

oportuna ~~exca/a\nt~~ excant & aures utique  
~~ina~~ inanibus nec uiciosis uerbis non aperite ut  
non introeant in eas/s\ que aulam intellectus inficerent  
aut cor cremare cogent ad carnalitem.  
Scientes simpliciter salubre esse solacium non susti  
nere lingue labilis loquacitatem. nec aduertere  
animum ad alloquia que attrahunt ab incendio  
amoris etemi. & inflammant in hoc quod non  
est acceptabile anteomnium auctorem. Hinc  
interemptis inimicijs erigantur vniuersi qui  
optant habundare epulis in alta habitacione  
ad amorem omnipotentis & ab imis euolent  
supra sidera subsistentes in sanctitate ut imprimatur  
ymago piissimi patris pulcherrima & reformatur  
ad requiem quam perdiderat per preceptum se promens  
ad peccandum. Sed & uos. miseri qui ad huc  
manetis sine mansuetudine mementote  
antequam moriamini in malis quibus mancipati  
estis me/e\ntes ab immundicijs mundare medul  
litus. & cogitatus carnales non capere nec cupidinem  
corporalium comportare. quatinus purificato pec  
tore. animus in altis ascendens & diuina  
diligere dignum ducens tanto cicius ac securius  
ad sempiterna/a\ solacia se subleuet quanto in  
seculari sapientia. nec in pomposa carnis petu  
lancia penitus non gaudet. Et ~~quia~~ quia cogitat  
anhelans ultra omnem exteriorem altitudinem  
ut cumque conditorem cognoscere uolet ad uicinos  
uiuificantis & efficax efficiatur. Assumi in  
archana que absconduntur. Verum cum ~~uen~~  
uermantes in uirtutibus compar/a\bili constancia  
uanitates uisibilium prediorum pro inuisibilis  
ueritatis precepto perpetuo perfecteque postponimus.  
deuote diligentes absque ambiguitate ad  
saporem celestis suauitatis. abinsipido sce  
roso solacio eternum amorem ardentem aspicien  
tes per transitum a terrenis tute transmigramus.,  
abit michi pennas sicut columbe & uolabo  
& requiescam. Penne profecto pla  
cabiles. non uiles quemadmodum que uiscantur uiciosorum  
sed quia clari sunt & agiles. in ascensu properamus  
& pergimus ad pacificam plebem ubi est sacietas  
sufficiens in sempiternum. & plenissima pulcri  
tudo puella/a\rum & preciosi preparatus. ut reuera  
per rationabilem reditum ad regnum reducti cum  
regibus requiescamus. Denique dormiamus inter  
me/di\os cleros. si desideramus pennas columbe

deargentate ut sint posteriora dorsi eius  
in uirore auri. Auolando itaque ad altitu  
dinem admirabilis habitaculi ignorancie  
error effugatur. nam increati consolaminis gustamus  
gaudium & ex iusticia iudicis ihesu in iubilum  
gemmur. quia uiperam uenenantem audacter interfecimus  
interfecimus. euacuando omne quod uile est in  
uisu ueri amatoris. Quamobrem uenit uenusta  
quam u/v\olumus & cupita caritas condescendit  
in cordibus canencium in conformitate cum  
carissimis. quippe & claritudo in conscientia.  
confortatur in confirmatione. ut non cadatin  
caliginem. sed clarescens magis ac magis  
conualescat donec dilecta dei deportetur ad do  
mum ubi non indigebit addiscere quando omnia habentem  
illuminatricem sapientiam sicut eternam cemit que  
sanat. sauciatos sceleribus & amore eius  
inplet quos conseruat. Vnde & ex quo  
assumpserit animam ad amandum. denique  
deinceps dulcescit in electis dulcor diui  
nitatis. malcens merencium mentes ne des  
peracione delerentur. & paulatim proficiens in  
paruulis pauperibus pietate plenis perlibandam  
se ~~et~~ ocium odientibus amicaliter ostendit.  
Vt etiam inter ~~truntes~~ truntes tempestatis tran  
quillitas traducatur. & turbo temporalitatis ad  
eternitatem tendentibus terminetur. terminetur.  
Istis utique arridet habundancia implens  
animum animus e celis & ineffabilis obumbracio  
ardentissimi amoris amoris. eo quod aspectum arripiunt  
appetitus inuisibilis & ciuium sanctorum solacijs  
in laude ludifluo leuantur languentes  
in leuissimo labore luminati. Destructa  
demum desolacione a desiderijs non destituuntur.  
quia dulcedinem deceptiuam declinabant.  
sed potius prediti in paciencia & propantes  
ad portum sine peruersitate claritatem capere  
curant per quam castificati coromnabuntur quatinus  
inter clarifica/a\tos consedeant nam uirtus ueritatis  
recte coram regnante reddet rationem.  
Etenim expulsa peccatorum peruersitate. profecto  
profecto patet intelligentie introitus &  
nigredo nociua per nuncios ne necabitur no  
biles ut decoretur dilecta per placentem puri  
tatem speciei spiritualis. Quippe quo conditor.  
custodiens castos in etemi amoris incen  
dium hos erigit. eo subtilius incendit

Singuli scitote. *superbus* non sisto nec loquor. ut lauder ad uana uolando. *sed christi* conquiro *gloriam* gratanter. digne despiciens me miserum in mundo. effectus sum amator altissimi honoris. *non* comprobari cupiens inter carnales. *nec* capere consolamen a cornibus captiui Ad finem festino presentis palloris fauoris falsificantis funibus non flector. ueritatem uidentibus uolo uenari si uultis uiuere a uicijs uigilate. Constat *quapropter* quales crudelis exactor habebit. ~~ela~~ elatos utique ypocritas. ac omnis. humilis etenim. in alta ascendet. & mitis manebit cum milibus modicis qui mundant a maculis mentes & manus. Ratio reposuit quod referam regendis. si *superbus* incendi scelera sustentans. aut sanguinem ~~scitui~~ scitui cum mollibus me miscens. si debilem derisi indignans infirmis. aut pauperi ut possum in corde non compaciens. non detur quem desidero deus tam diu. nec uirtuosus ueniam ante auctorem & caream corona quam semper cupiui. Hinc uos aspice quod licite loquebar nam cogit me caritas que eruit erumpnam ab oculis intemis pauorem expellens a pueris paratis. ut properent potenter. ad sedes suaues. undique exinde sancte suspirans. subito me sencio in celicum sonorum sepiissime sublatum. unde ubique ob umbrat omnipotens aris amoris & timor tyranni totaliter terminatur. Videtur quod uulneror lancea liuoris in cruce cruenti ac mucro magnificus mentem momordit. & caritatis calor constanciam in corde cautissime construxit. Ac cingor solummodo christum captare. pessulo deposito hostij aperti ut dulciter delecter in deo ~~quem~~ quem diligo & auide apprehendam ditissimum dilectum. patrem. pijsimum percipiens in pace/e\ Igitur ad ista ab impijs exceptus tympanum tetigi tanto tenore. & cimbalo insonui cum choro ~~con~~ concinnans. ac mutor in melius melos mandando ministris in mensa qui ad huc metuunt. de mundo migrare. Si uolunt se uertere a uicij ueneno in uana uoluptate nequaquam uagare. & recte relinquere molliciem mundanam. percipere quod predico & plane portare postquam penitencia carnem calcauit. pectus pinguedine prout pascetur. ac non dubito qui delectabiliter diuinitus ~~dabuntur~~ dabuntur. debriati dulcedine in donis decorate putant quod poterunt perungere pastum perennis paradisi etiam in presenti pacem possidentes ut carpant cancionem carissimi quam canunt. Nonnulli

quia nequeunt in iubilo gestari & nodantur nequaquam nominis in nexu quod fixos inflamat in fide factoris. non credunt quod capior ad carmen canorum aut scriberem constanter in modo mirabili de cantu caritatis. Nimirum non michi. sibi nocebant. ideo pro dictis docere non dimitto. tanto secrecius subsidium sentiui. quanto callidius me cupiunt quas sare a fama felici. Domine deus meus tu diligis de uotos siquidem sciisti quod semper suspiro secure ut saner. inimici insurgunt ut prepediant pergentem ne cupitum contempler. dignare dirigere me motum a malis si peccatum peregi. quod non putaui precor ut pungar penaliter ut prauus donec penitus a paruulo purgetur. qui traditus sum tibi. ut teneam tutamen. Melius est morderi per modicum momentum. & gerere iusticiam iusticiam iuste iudicanti ut iubilem ingenter in ihesu iubare. quam pausans in paucis impure diebus & scelere seduci latenter laqueatus. ne ludam in lumine cum filiis qui festum fruentur in futuro. & fame feriri in funere feruente. Itaque inspiciens quod ardeo amore tremor non tegit nec tribulis tormentor. namque iam nudor a nexibus nociuis. mentem munitam pietas non permittit uermibus inuolui. aut putridis patere. Auctor non odit quem ita amauit. quod ~~animum~~ animam asumeret supra terrena ~~ut~~ talia transcendat que tenent turbatos ne in laudibus leticie loti liquefiant. Dominans ~~deitas~~ deitas dulcedinem non dedit uiuifice uirtutis nisi in uiris qui uicia euacuant sanati solliciti celestia sentire. nec animam amaram obstaculis inpressis macule mortalis umquam obumbrat in osculis olimpi. nec sancte sustollit. ut sapiat sereniter sonum sublimem. At potius peccatis putrentes palam peribunt prostrati impericulis cum perdicione. nisi pacifice pergant cum paucis atque de pestiferis perfecte. peniteant\ properantes palacio redempti ad regnum cum regibus ridentes. Denique dum pectus polluitur in prauis prauis & non plangit ut placeat pio ~~prin~~ principanti. profecto non ~~per~~ percipiet amenum amorem. aut dum cor contagijs captiuatur corruptum carnalibus & curis quassatum canticum non capit quem conditor carissimis ~~& el~~ & claris copulauit nec hauriet habundanciam solacij salubris. Scito simpliciter. nec dubites quod dico. si uita uetusta ueraciter non euellitur & iniquitas ab animo non exuatur eterne. non uenis uirtuosus coram uiuente. nec uultum uidebis diuinitatis decore. Argumentum assumitur pro omnibus electis. expelli non poterunt a porta perenni nec prorsus

pessulo

nota bene



perire cum mersis in malo mixtis mundanis. dignos non degeneres sic destinavit deus quod deviare non debent a semita salutis. Qui gaudium degustant dulcoribus donatis. nunquam dolebunt cum diris dampnandis. neque delebuntur de libro lucente. sed liquide leta buntur in lira ludentes. protecti perpetuo delicijs deducti. Porro peruersi non predestinantur. quia pactum non pepigit qui prauos permittit ut pareant cum puris & singuli saluentur rugiunt reuera rigantes ruinam. & recte redarguti. quia non redibant cum reliquijs regis reprobabuntur. nec iterum habebunt rem reparandi. sed sine remedio ruunt reiecti deinceps. nequaquam ad regnum respirante/e\s. Quorum capita conditor confringet in conspectu cunctorum. & in carcere caliginis concito clauduntur. sic separati sine subsidio solacium sanctorum. amodo amittunt a facie factoris semper sequestrati. Quamquam inciperent ardua operari & in humano oculo demonstrare digna. dic sine dubio non diu durabunt. Sed delendi deficient tacti terrenis & in tempore timoris exterminabuntur. quia non electi fuerant in fide. nec firmiter fundati ut festo fruerentur. quo carent carnales. Et hoc potissime percipere potestis quod amorem ad omnes tenere noluerunt. nec caritatem constanter christi concupere. & ideo crudeles & callidi se sanctos simulantes cogor cognoscere. quod corona carebunt. Et impossibile quod tales saluentur. quos ab initio auctor non elegit. ergo nec euadent ignem inferni profecto presciuit quot ciues susciperet. ad sedes supernas ut ceteri cindantur a cena suauis. nam decet dulcissimo diligere deuote. quod plane non poterit preterquam a. pulcra. ~~~



d

emum hoc dicit doloribus dampnatus. nunc mugie/e\ns in mundo ut magnus magister. conuersa est in luctum cithara mea & organum meum in uocem flencium. Vtique iam ego assumptus amori laudando leuantem me lubricum qui lauit. carmen captiui in contrauorto dono doloris melodye mutato. Audeo asserere talem tenorem conuersus est luctus meus in citharam & uox flebilis mea in organum. Cithara scilicet resonat suprema modulatio melliflua merorem.



+



aamente funditus fugauit. & fruor iam firmiter per fortitudinem felici fauore pene percipiens faciem factoris. cum placide/e\ deportor in paradysicum pastum. Longe a luctu leuor cum laudo. & lumen leticie latenter me linit. hauriens ab aula qua angeli habundant altissimi amorem. Fletus finitur. & facies florescit. nec fremor cum fa/a\lsis quia ~~funus~~ funus ne fe/e\riat. fundatum & cantus confortans me capit in castrum iubilanter iugiter in ihesum gestatum. ac quamuis in carne claudor casura capax consisto mirandi melodys & remanet requies in rege non recedens. Itaque & organum arripiens opimum terror transit. & deletur dolor. audio ex. altis amancium amenum sonans suauiter in auribus almorum que diu discesserunt a uanis uiroorum. Humilem exaltans inter ethereos qui canunt clarentes canticum conditori dum dulcor descendit debrians dilectos. Qui autem non habet ardentem amorem. nec sentit solacium quod sanctum sustollit. & suscipit simplicem a scelere salire. prorsus non potest dum manet in mundo scire si saluti eterne eligatur. Amplius si abstinet. ab odio & ira. piacula propulsat que sibi placebant. ac omnem immundiciam ab animo erumpit & corpus custodiat castum. & caute. aua<sup>tes</sup>riam odiens & dignum se ducit. & melos non meruit. quod magnificat mundatos. solummodo supponat in spiritali spe quod liberabitur a laqueis in die districto iudicatus a iudice scandere culmen in celo saluatus. Ideoque sine timore ueraciter non uiuet. semper sit sollicitus ut saluificetur. & uigilet a uicijs uirtutis uigore. nimis securus se reputet nequaquam ne forte fallatur non firmiter fundatus. Verum quod uana uetustas qui uident a se uentilatur & hostis astucie obuiat omnino. ac ardor habundans celici saporis animum accendit. diuinaque dilectio dulcescit per dona. in corde constantis & granditer in gradu glorioso gradiens gratis gloriatur. celitus suscipiens iubilum iocundum ac concors concentibus canendo caritatem. Sciat certissime securus in summo quod sancte subsistit semper suspirans ut sedeat in celo. & puto quod penitus non poterit perire. nam omne quod dedit pater filio non perdet eo sed resuscitabit illud in nouissimo die. Hinc & noster princeps placatus permittit ut fortiter

nota



o

o

festinemus ad deum deduci. |Qui diligit me diligitur a patre meo. & ego diligam eum & manifestabo ei meipsum| Qui/ui\ppe & quod conditor malos despexit et reprobos relinquit/s\ in rebus ruine. & nunquam ad requiem restaurantur. nec rubor remittitur. a gena gemente. patet profecto in paginis. iam promptis. Non pro mundo inquit rogo sed pro hijs quos de |disti michi| Per mundum nimirum meminit mundanos. quorum mentes in malis morantes/ur\ & estuant ardore inmundi amoris. ad nichilum deuenient deinceps desolati & ducti demonijs in duplo dolebunt. quam nequiter nouerant in gloria gaudere. dum dediti diuicijs indigne degebant. Quomodo. quis capiet claram coronam ut fruatur in futuro fonte felici. qui positus in presenti uoluit peccare cupiens contagium cure. carnalis. & semper non cessans ut sentiat solacium quod odit saluator. Quamobrem non currunt in uia uirtutis. nec uitam uidebunt cum ualidis uiris. qui uirus uomuerunt. a ueteri uolantes. puritatis principium ~~promisit~~ promisit potestas. & pars puellaris punccionem parauit. pugnares non parant. potencior peribit. nam ueritas uictor uere uirescet. & uanitas conuicta uacillans euanescet. in latebris lugendo quia. ludebat ~~ae~~ /cum\ ~~de~~ destructis dilitescet. Ego leuatus laudiflue luci modum amandi nesciens habere. quia dulcis dileccio deosculatur & igne aduror non grauis sed glorians cum labor letificet quo serui sanatus. Affirmo cum alijs qui auide amabant. |Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est.| nam uehemens uelocitas me uetuit uagare. ut uesperum ueniret uiciosorum. & cor calefactum caumate canoris liquescens in laudibus a lubricis lentescat. Laudati locutio. lugubres ~~a lubricis~~ delinit dilectus dulcedine dolentem dulcorat. interius inspirans consilium salub\re algorem absumit noctis nociui. Hinc christum glorifico. iubilans ingenter. qui caput contriuit serpentis seueri & sustulit in sublime mentem sede/e\ntis. ut saperet sonorum ab intimis effusum cum musico mirifico. miticia monstrata. Qui pacem percipis. in pectore pio. pastum tu prepara percipere quem possum porrigens

portentum quo placide peragam ut protegar perenniter sub alis amoris a porta penali. Tuum puerum purifica piissime pater & plane perendinem cum angelis olimpi. sic cum celigenis. sorciens sedem inter poma paradisi plenarie depascas palacia penetrando sanctissime ciuitatis. dilectum quem desidero ardentem amplexans ac oculo ad oculum intuens eteme delicias de/e\coris dulcis deitatis deinceps degustabo. canens in cantico complete caritatis celica ~~se~~ sonante suauis symphonia. cum carissimo concentu complacito conditori. Interim interius incendijs intendens. funditus finito flumine fallace. perditus in pascuis que prauos non pascunt pergere. proficiscor a ~~p/e\na~~ pena presenti ad ciues supremos donec deducar ad domum diuinio. dulcedinem desiderans canoris interni. Quatinus dum cupio currere constanter diffundam diuitibus in fide non fictis. qui deum deuote diligunt cum dignis dulcissimam doctrinam. ut properans purgatus a peste peccati corda concuciam. quorundam per carnem capti uatorum. atque excessus erroneos erumpens de altitudine eterni amoris quantum mortales meminerint mandasse aut cor corruptibilis & miseri.in mundo nouerit concipere uinculo uirtutis insolubili ~~suff~~ suffultum desiderantissimis dilectis qui solus ut sedeam diuicias despexi & pergerem ad polum peruersos pertransiens perfecte percuram~~~~

i. uenis iuravi iusticiam gestare ~~genus/quae~~ q  
genusque iudicij habere per omne & ecce habundat germen generosum. in ihesu nam iubilans ieiunus. sed saucior solacio sedato singultu quemadmodum quis cuperet clausus in carne.& esca humana infirmus indigeret. O. rector respice recolo ruentes rationem roboras ne recidiem. confirma castratum pro requie in regno in cantu quem carpsi cum carmine caritatis temptans terrenitas titubat a tali. ut teneam ~~peripudium~~ temporale transcendens terrore terminato. |Vnde ysaias optimum accepit. a domino ducatum. Noli timere quia redemi te & uocaui te nomen tuo meus es tu. cum transieris per aquas tecum ero & flumina non operient te Cum ambulaueris in igne non combureris. & flamma non ardebit. in te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & gloriosus ego dilexi te. & dabo homines prote. & populos pro anima tua. noli timere. quia ego tecum sum.| Igitur intelligens hec & huiusmodi interius incendor igne sua/a\ui a sanguine scelesti siquidem sublatus semper suspiro solacium sentire celicum cum sanctis. Ardens amore. narro notandum nam necessarium me necit.

portentum.

perendinem

26

dilitesce

caumate

lentescat

dum ~~nauf~~ naufragus nudatur. animus exuitur ab opere hostili ut omnes adoptent amantes ostendi. Fateor fideliter sine furore quamuis frementes inuidi tabescant. & pergant pomposi impure ad penas quod anima mea amore uulnerata est. & serui subditus non similans. sed sane christo quesito. Vulnerat uidelicet qui finxit facturam non forma feminea & que plures fefellit. ac animam adornat omnipotens amator. latus que latitat lanceans cum luce. temperat tribunal. quod sine termino trinitas tenebit. Veraciter uulneror auctoris amore auide ascendens ut illic inha bitem altissima in aula uulnus est ualidum in modo mirando non dolens sed delectans & uigens uirtute quod sancte sanauit sic sauciatos. Pauci profecto in hoc penetrantur quod patet cum clamant communiter cuncti ca/a\nticum carnalem. & multi se mutilant monstrantes se mori affectibus humanis mollicie mulieris mox malignati & morsu amaro cum mortuis commixti. Magnifica maiestas miror in mente quod sepe caro quatitur adat captiue. & ludat in lubrico lutosi

& pergat polluta perperam in preceps. tamen interius deus dulcescit. & pectus prohibet putredinem patrare. ac conditoris caritas conca luit in corde. Sed uere nunc uideo inter seculares solitus sedere quod pulcritudo puellae. homines euerit. & procax perpetrat plurimos ~~peccantes~~ peccantes ac ~~itas~~ animas ab alto attrahit in imum. que penitere. potuerant. & principi placere & fragilis factura non fortiter firmata ardenti amore etemi auctoris. in se flammam femineam fixit infe/e\lix dum faciem ~~famosam~~. non timuit intueri. morose meminens quod ~~multum~~ mulceret. Hic bi/bi\bet cum belphegor inigne inferni sulfuream turpitudi nem quia non perseuerat in puro proposito beatum blasphemans. Ergo decorem non dilige que decipit & transit. & uirginem non conspicias ne forte |scandalizeris in decore eius|. Pinguntur. enim. ut parietes. quia ablato ornamento illarum horribiles apparebunt. |nam ut ait poeta. pars minima est ipsa puella & sui|. Pro odore aromatum ~~feto/to\~~ fetore frendebunt. & absinthium. gustantes inmundi amici meretricis monile merori. mutatur & capitum corona carnalium carorum cadit in cahos cum cunctis captiuis cupidinem consummans in pessimo pauore Hinc. fuge fornicariam ne fides frangatur. nam famam & ~~frenesim~~ frenesym fugat fidelis. uita uenenum quod uomit uoluptas. & adhabeauda ciam adquirere amorem. ambulans audacter celicolis/s\

celicolis & summis. Siquidem sublatu solacio suauis sencies subtiliter sauctissimum saporem & sonitum ex superis suscipies tu solus. sin autem <sup>nota</sup> si metuis. sine socijs sedere. cantum non capies <sup>nota</sup> dulcissimi concentus. Reuera si rapis in requiem regalem & sumis simpliciter sanctum sonorum. scies salubriter quod turbat tumultus & tribulant claman tes. Igitur abducor ab hijs qui ignorant organum orando. & sessio silencij me segregat. a. surdis. qui citharam non audiunt altissimi. amoris. Creator compaciens infirme facture que ferme iam fuerat fallacibus finita. misero medetur. mittendo. mucronem. uulneratque uiscera uacuans uelamen. quod ueneni uolutabrum uilissime uiciuit. Hostium aperuit spiritus spirando & intrans in animam ardeo amore. clausit carnalibus cor castificatum. ac ibi inhabitat obscurum expellens. & limites illuminans splendore perenni Venit inuisibilis uicio uergente. ut uiuerem ueraciter sine uanitate. vernans & volans cum uiris uirtuosis. Spiritualem speciem ad se preparauit in qua dulcis simus deinceps delectet & ducens de tempore ad eternitatem indicat quod animus affluens amore habet auctorem. nam pulcrum depictum probatur perire. & pergit in putredinem pulcritudo <sup>o</sup> |parens|

m

erito mouetur mens in amorem. mitissimi magistri. & feruet feliciter. frui factore. digneque desiderat dulcedine donari. ditissimi dei. nec sine causa capitur. ad tantam caritatem neque frustra efferbuit ~~exuiscere~~ <sup>o</sup> exuiscere uitali uapor uulnens uirescens uirtute. liuor est leticia. laudabilis & langor. Quandoquidem & conditor. animum apponit ut habeat amicam quam in dulcoribus diuinis desponset. animam uidelicet. suo sanctissimo arripit amori. que/e\ uana & uacua in uicijs uacillauit. Alligat se itaque auctor ad unam quam illicit iam osculis odore opimo ab omnibus inmundis & ait ad eam quemadmodum quis ostendens affectum assumi am plissimo amore. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa mea in uno oculorum tuorum & in uno |crine calli tui|. Memoramini mulieres in mundo morantes & mentes medullitis. suspendite sursum speciosus forma pre filijs hominum dileccioni dignarum deditum se dicit. carnalia contempnentes. querite christum talem ac tantum amicum tenete. cum male militantibus nolite maculari. Virgines qui uultis uitam uidere. uigiles uirtutibus de uicijs uindicate. <sup>o</sup> animum erigite ut habitet in alto sola celestia sapida

sapida sentite. ~~semper~~ suspirantes dilecto deduci. pulcras ~~pro~~ <sup>pro</sup>ferentes uos ornatasque amore. ut cito uos suscipiat qui castas concupiscit. Ecce etenim mirandus ~~amator~~ amator in oculo unius rapitur respectu. affabli amore ut tenon abducas amplius ab illo. ~~precipue~~ cum princeps postulat puellam que plane est paupercula inops & egena. Amabiles sunt oculi qui uulnerant uiuentem cum sanctus & sapiens simpliciter sistat uerum hoc uidetur & ueritas uolebat quod sponsa spiritalis specialiter splenderet. ac summum sollicitet. formosa & fecunda. flo/o\rens & fructificans in festum futurum ut optima oliua. Itaque & honor refertur regnanti. quod habeat amicam pulcherimam. & puram. que donis ac delicijs decora dicitur. dissipans demonia. ne dire dominantur. Coram in capite percipiet preclaram. dignum dyadema plaudens portabit. in lumine lauabitur liquide letando. que nunc amore languens in laude ludiflua liquefit libenter. & ~~et~~ rediens ad requiem rata regina. in sponsi amplexus ruet reuerenter. assistens cum angelis in sede suprema. ubi excellens amet ~~ard~~ ardentem sicuti seraphin proxima dilecto. Vestem lucidissimam induet ibi. & in precioso lapide decor dulcescet. non ut picta paries ad punctum parebunt. Sed erit eternus ornatus illarum fulgebunt feliciter in hoc sine fine. facie fruenter famosissimi factoris. Sed & utique audeo hoc annunciare habitantibus in hijs infimis emisperijs. ut omnes interim ardenti affectu anhelent usquequaque in amorem ~~eter~~ eternorum. donec reueletur requies recuperata. quod scilicet solem istum materialem montes mundiales in cursu continuo illuminantem limpide comparatum claritati canencium cum choris consonantibus per caritatum concentum in ~~celis~~ celicis sedibus ~~obnubilatum~~ obnubilatum oppinor & obscurum. nec delectabiles deinceps dicantur. thesauri temporales dum delicias in desiderio ducimus dulcedinis diuine. Nam splendor spiritalis spiratus ~~ab~~ ab incircumscripto conditore persistens in spiritibus que perfundit plenitudine purissima perfectos millesies maior probatur in claritudinis qualitate. quam luminare istud quod inter lentos ad leticiam laudatur. quandoquidem & solem superat\cencies in excellencia. serena scintilla in superis sempiterna. Sanctissimi siquidem in supremis subsistent. & irreuerberatis oculis radijs respirant luminis regnantis & in uoluptate uerissima deliciosi degebunt. bibentes beati perpetim potabuntur. in flumine felici uultum

uultum ueritatis ~~uer~~ ueraciter uidentes demonstrato deinceps dulciflue & digne. deitatisdecore Ornamentum ~~optimum~~ omnium optimum erit. habitu assumpto ardentissimi amoris uerum & non ueterascet uestimentum. sed floridum sine fine in concinentibus ludifluas laudes coram cunctipotente. Memento ergo. quod post modicum iam ~~in~~ in cinerem soluti subtiliter suscitabuntur. sed & reminiscere quod recti quamquam rediguntur in terram donec tempus tribulancium terminetur. dicito sine dubio quia reges ad regnum reuertentes resurgent carnem clarificatam cambient pro calamitate. quia deploidem induentes in ihesu iudicium gerente iubilantes & ~~e~~ iocundi comprobabiliter coronabuntur. Despiciebar in derisione quia uilitatem uestium. non uerebar & uilis uideri inter uermantes in uanitibus. uolui. pro uita ~~ue~~ ueraci. nec erubui. ut eligerer ad eternitatem abici ab altitudine quam cupiunt carnales & desiderant ut ditentur in diuicijs de quibus deiectione durissime dolebunt. Sed puto sine prauitate quod potentissimus pro quo pati potueram in paciencia me perficiens pallium preciosissimum inter paradisicolas principes in populis perfectis ad perpetuam possessionem parauit. & tunicam talarem tradet trinitas quam tenui. inconsutilem utique propter caritatem quoniam cadet & contextam per claritatem desuper per totum descendentem denique a patre luminum. Quamobrem natura in ~~†~~ nobilissimis nutrita. osculis undique omnipotentis occupata dulcoribusque diuinis depasta ac intus & extra eternis epulis inuoluta fulgoribus que fluentibus a facie factoris usquequaque illustrata. consors cum carissimis canticum concinabo copiosissime caritatis. Igitur accipiam honorem inter ordines angelicos quia obprobrium hominum non odiui sed amplexatus sum ut amorem habeam altissimi. & quemadmodum captus in cacumine canoro non sustinui sessionem cum sceleratis ut contaminatis consentirem in culpa. ita & conditor me coronet cum hijs qui certauerunt sancte pro salutifera sanitate. Et sicut non sciens nec solitus saltare cum superbis ardens extiteram eterno amore. ita assumat me amator meus ut statuar inter status stellarum. quarum speciosa posicione decor celi dedicatur. Pallium portabo pulcherimum. quod pastor meus perficiens pandet quia non peperi ut punirem peccata & amictum accepi in hoc mundo non amabilem. Sed abhominabilem in oculis aliorum. pro intencione integra piissimo placere. Solliciti sitis pro salute ut sacrifici mini. quia dulcedo dilectorum dei nunquam deficiet nec desolabuntur deinceps. qui dulcorem desiderabant. neque uero cessabunt sancti sonare in celicis sedibus laudes luminanti. & melodyam mirificam multiplicare coram maiestate. quia gaudium gloriosum

suspicious.

gustantes cum senatoribus summis sedebunt sem-  
piternum. Ipsa etenim eternitas idem est. & immobilis  
manet in sua magnitudine quia infinita felicitas  
non faciet finem nec dicatur quod tam delicatus in  
delicijs descenderet in detrimentum. quandoquidem  
& omnis racionis/o\ repugnat. quod finire ualeret  
qui incipere nesciret. Hinc absque dubio omnipotens  
animum habet eternum qui prorsus in ~~be~~ bonitate beatus  
& benedictus consortium quod sibi copulauit a se  
scindi non sinet in sempiternum. mentes in melos  
migrabunt & magnificabuntur in ministerium  
mellifluum nec poterunt perire. que ab imperatore  
protegentur. Denique dolor deletur quia immundus non  
intrabit in aulam. ac per hoc & ignorancia non irre/e\pet  
in eis ubi uitam uident omnia ualentem. Interim  
intellectis que in hijs inseruntur. descendo ut  
diudicentur diuites a desolatis. & dampne/e\ntur  
qui deuastabant dona in turpitudine temporalis. que  
deus dedit ut in eternum durarent. Percuciam proinde  
peruersos in gladio grandissimo & uerbum ueritatis  
in uiciosos/s\ ueniet unde sententia insuperabili  
secabuntur a solacio sanctorum. quia iugulabuntur gen-  
tiles ieiunantes a. iubilo. quia iesum non gesserunt.  
nec genuerunt ex se gemitum quia iusticiam non  
iudicabant. Nimirum nascuntur ad nocumenta  
& noxis noctium nutriti ad nichilumque nudati in niuem  
~~no~~ nodabuntur. quia nomen negabant necessarium  
& in amore eternorum. habitare non inspirabantur  
Porro precepto/^tor\ potentissimus paruulum suum predestinauit  
ad pietatem. ut non parcerem predicare peccantibus quia  
peribunt in perpetuum nisi perfecte penituerint antequam  
perducantur ad portas putredine plenas intra  
quas penas patientur pessimas. Vnde & cum  
michea manifestari non metuo. ut memorentur  
miseri. quia diuinitus didici quod dico. Repletus  
sum fortitudine spiritus domini & iudicio & uirtute  
ut ~~anunci~~ annciam iacob scelus suum & israel



[m]ichea.

28

v

peccatum suum  
uulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum  
& in uno crine colli tui. Quanta aut.  
qualis est ista. quam cara & quam digna decora  
& degens in ~~de~~ in delicijs que in ostensione  
oculorum. & colore crinium cor uulnerauit conditoris.  
utique electa anima accensa amore que paulo  
antea caritate uulneratam deuote se dicebat  
Uulneratur ergo. qui uulnerat. quia qui amatur amat.  
Verum & hoc sibi vendicat acceptabilis amor  
quod inuicem amantes in alterutro habeant quod  
amauerunt. Amore/o\ r. autem aliter quam per amorem  
remuerari non potest. requies pro requie retribuitur.

& ubi labor languet laxari. laborans non luminatur.  
Ergo quicquid egenis nisi dilexeris frustra teiustum suspi-  
ca/a\ris. Domine deus meus da michi te quem ego diligo &  
accipe me quem tu amas. in hoc /autem\ ~~autem~~ comprobabilis  
consistit caritas. ut capiamus quod cupimus &  
nequaquam diuidar a dilectione postquam ~~dis~~ discessero  
quia diu desiderauit ne doleam pro dilacione. Cum fi-  
delis sis & absque ulla iniquitate. reuera restitues  
me ad regnum & reddes michi cum refectis tuis repro-  
missionem. ut uisibiliter uideamte inuisibilem &  
dulcedine ~~deber~~ debrier. decoris tue diuini-  
tatis. Nam sine te nescio subsistere. &  
simpliciter scencio. quod sapidum non est michi solacium.  
nisi sempiternum. Quippe o. conditor & tu  
cognoscis. quod non libuit michi lectus lasciue. nec  
cucurri cum caliginosis ut caperem carnalitem.  
nec ~~non~~ commaculaui me in contagijs quibus cupidi  
corumpuntur. Ex quo etenim. ardebam eterno amore  
& feruens fuero ut fruerer futura felici-  
tate. ac canticum conce/e\peram in caritate. concito  
quieui a cupidine carnali & meror mentis  
mutabatur in melodyam. denique deinceps dulce  
dinem dire dilectionis non degustauit. sed terminata  
tristitia tranquillitas in trinitate tutauit tenellum.  
Hinc omnipotens qui omnia operaris immaculatam tibi  
offeram & hostiam holocaustum utique incensum  
& acceptabile. confectum. quoque ex medullis  
mirifice mentis. in ministerio mellifluo. moran-  
tis. Anima itaque obumbrata ~~amo~~ amoris odoribus.  
cor creatoris cremare coegit. ut pateretur  
inpassibilis & uulneretur qui uulnerari non ualuit  
ac uapulari inuincibilis. Profecto ~~perpulcri~~ & precla-  
ri ac polimiti sunt oculi. qui mentem magnifi-  
ce maiestatis. tam mirabiliter emolliunt ad amandum.  
& pellunt ut non poterit penitus parcere. qui promat  
quod puritas pulcritudinis se pupugit & perforauit.  
utique tam excellens ad infimam ita amabiliter  
hoc non ostendisset nisi habundancia amoris  
effluens. exintus diucius detineri denegans  
in uerba decurrisset. Et quidem fit ut fideliter  
festinet factura in desiderium dilectionis diuine.  
& faciat infatigabiliter se feruere ut suscipi-  
atur in. celestibus. ne factor frustra pro falsis  
uulneratus. uindictet se ueraciter de uiciosus.  
Sed intelligant omnes quod inpius iniquitatibus  
irritus. hereditatem non habet in eterno amore  
nec erit ~~adiutus~~ adiutus ab angustijs erumpnosus  
nec habitabit cum amatoribus electis ad eterna-  
tem. quia. cum mundanis miseris. qui terrenitatem

Ab hinc.  
Ergo.  
rubricet  
usque ad.  
+ pre-  
clari.  
ac polimi-  
ti ~~~

tenuerunt trucidati morientur & merito sui ministerij mandabuntur. ad inmutabilem molestiam que est dolor demoniorum. Quoniam conditor non copulat secum cupidos & carnales. sed calcantes castrimargiam & odientes inmundiciam reuera reprobi redemptionis non recipiunt rectitudinem. nec in oculis obscuris amor auctoris accenditur sed abhominabiles habet omnes oculos qui spiritali specie splendorem ex se non spirant. Nam in hoc modo oportet ut aspiciant amabiles ad accipiendum amorem si pectus pulcherrimi principis penetrabunt. nimirum crines carnalium sine colore cadunt in contemptum quia nigri sunt & nudati a nitore & uiles ut non ualeant uulnerare ueritatem. Igitur in oculorum vno. quia limpidi & laudiflui sunt ~~unitas~~ unitas affectionum intelligitur. que interminabiliter tendunt ultra ~~p~~ temporalia. & cupiunt constanter sine corruptione ~~e~~ claritati conditoris conformari. que nec cum ~~lipp~~ lippis neque luscis languescunt. nec ludunt inter lenocinantes. sed letanter leuantur ad lucem limpidissimam & habent aciem acutam ad intuendum in excelsis quod utique peccantes & putridi in prauitatibus percipere non poterunt. ~~Crines~~ Crines quoque colli cordis cogitationes. caritate\ te\ crassati consociato canore & nitentes nouitate nobilitatis necessarie nuncupo. que auide in amorem agiler ascendunt ~~als~~ altissimo & illum assumunt ut inhabitet intereas. in domo quam diligit. in qua dulcisonum concentum amodo auditur. In uno crine capitur conformator. ~~quia~~ quia continue colliguntur. in concupisceniam caritativam & concurrunt in claustro ut capaces consistant clarissimi conditoris nec discrepant per diuersa desideria que terrenos tenent in transitorijs set omnes utique quasi unum ordinantur ut non inhiant nisi efficaciter ad eternitatem. Hanc optimam ~~en~~ eminenciam in oculis amice cum amictu amabili & crinium claritudinem. respiciens rex re\ e\ gum. cito defluit in dilectionem & diligi desiderat. cum defecata deuotione. Perinde patet. quia inmenso amore ~~quo~~ quo ab eterno\ o\ ardebat ~~ha~~ humanitatem assumpsit in qua etiam amaritudinem ~~a~~ angustiabatur. ab iniquis gaudens pro nobis ~~supplicium~~ supplicium sustinere ut acrius ~~animam~~ animum nostrum ad amandum inflamaret temporaliter tormentatus quatinus in electis suis eternaliter amaretur. Abstulit autem a nobis obprobrium acerbissimum & penalitatem pro peccatis ipse portauit. ut non periremus in perpetuum. pollicens nos promoueri usque in paradysum. Si perfecte perseueremus in paciencia probabili

minime murmurantes cum maledicimur nec effluentes in ebitudinem quamuis ab iniquis execremur. Nam & ipse in patibulo passus pietatem prompsit ad persecutores ut nos ~~pariter~~ pariter studeamus in soliditate sancta cum stantibus stabiliri. Caritas\ s\ quippe est causa quod uulneratur ueritas & quod ligatus ad illudendum langorem non laxat nec resistit reprobis. qui ruunt in regem nimirum in necessaria nobilitate nectitur. quam nemini nequam. innotuit ut mortem nostram Horribilem occisus obrueret. & in reuerencia resurgens uiales uires uiuificando. ad regnum relictum nos reuocaret. Carnem incoinquinatam erumpnis huius exposuit exilij. ut carnem nostram contagiosam castigemus cupientes continenciam conseruare. & concordiam inter cuntos vt liberati a laqueis ~~luciferi~~ luciferi leuemur. in laudem per lumen letabundique in nos illabitur. aquam haurientes qua in amorem habundantes existimus. per rectitudinem ad refugium reducti inter requiescentes.

ensate peccatores sed & sancti. solliciti sitis sedentes in suspirijs. considerantes quod omnipotens inter homines quomodo a captiuis conculcatur. habitans autem ut ametur. odibilis erat inijs. quia ostendit eis opera. que non amauerunt. Arguebat eos hylaris cum leticia & lenitate & ecce obsistebant ei obstinati ad omne opus electum oppressi & nefandi ~~nodauer~~ nodauerunt se in nequicijs. remanentes sine remotore a ruina.

~~Quoniam~~ dimisit eos deduci in desidijs in ~~desider~~ diabolicis. deinde ut dampnentur deprehensi sunt in dolo delicias deinceps non degustandi quia in dolorosissimam deformitatem demerguntur. Et non ~~mirum~~ mirum si miserabiliter moriantur nam in malicia se muniebant & subuerterunt sensum suum. ut non scirent sapienciam celestem. unde in oculis quibus illuminari estimabant excecati. auctorem omnium mortificare moliebantur putantes proficere ad prosperitatem cum percusserint in plagis protectorem. Sed infelices frustra furiebant in factorem quia in hominem irruentes deo iniuriam intulerunt. & inde inciderunt in interitum. unde uiuere sibi uidebantur. Sed & fructus fertilissimus ex hac ~~occisione~~ occisione quam iniqui agebant fide libus efferbuit. per quam obrigentes hostes auxilium ab apostolis extinxisse arbitrantur. ac suspicati sunt subsidium a sanctis cessasse ex quo christum crucifixisse conclamant & christianos corruere quibus constanter contradicimus. quia care supra corporalia cuncta. coronantur. qui carnem compescentes

lippis  
luscis.

29

defecata

efferbuit

tirocinio.

patulam

crepa.

monstrum

crucifixerunt se cum uicijs & concupiscencijs. Igitur antiquus hostis omne ius quo genus humanum iugulauit animo amisit. dum in hominem innocentem insequens. substantie siquidem gemine gigantem tanquam pulcrum hominem putans procacter percussit. Callidus quomobrem captiuator. in membris suis manus uiolenter iniecit in iesum & cum granditer gloriabatur sanctum supplicijs superasse secum agentibus gemitum gerebat. ac tangens tenellum & temperatum tirocinio & tribulacione dei uidelicet. felicissimum. infinitum filium tormento seipsum tradebat interminabili. ut concito non cadant in cahos nisi captiui operibus odibilibus occupati. Porro purus homo non potuit hanc potenciam peragere. ut sanguinem suum effundens hostium aperiret olimpi in quo electi introeant. quod protinus in presenti probatur. Omnes utique preter unum aliquod offendiculum in originalibus habuerunt. quod naturam interiorem inficiebat. unde nec sanctissimus seipsum saluare sufficiebat. quanto magis portam paradisi. patulam perficere non poterat & alios ad regnum reducere carcerem claudens caligi caliginosum ne in hoc communiter caderemus. Ergo cum iam constat amicos omnipotentis dei in aulam eternam introduci & amoto gladio uersatili ianuam iusticie ad omnes electos ostendi ut in iesu qui pro eis indicium gerebat iubilent ingenter. Liqueat lucide. quod ille unus ultra omnes opus operans cui inter homines nullus est equalis & hominem uerum in exterioribus oculis se ostendit dum paciens moritur & uerum deum se dici docuit. dum debellando pro dilectis uirtutem uirulenti hostis ab omnibus aboleuit. O. capud captiuorum calliditas tua te contriuit. qui cupiens christum confundere quassatus es & confusus. Crepa qui corruisti a claro contubernio priuatus es penitus a potestate qua te putabas perpetuo princepsse. O. tyranne. tabesce in tenebris. qui tentorium tuum tetendisti ut tutorem nostrum trucidares. en. miserabile monstrum uincens uictor uerissimus in altis ascendit in sublimi solio sedens gladio glorie sue gratiosos gubernat. Tu scelestis in superbia tua cecidisti sine subsidio in supplicium sempiternum. sancti siquidem in quos frustra furis. in celum sustolluntur. quia magnificator noster militibus suis mandat ut te mordeant nec parcant pro pietate quin percuciant preambula & posteriora tua. & uindictam in uirtute uenenum quod uomuisti ut deo rares quos deus dilexit. & seuiant in te usque in seculum quia sanguinem saluatoris furibundus fudisti.

Maledicunt sceptris tuis capiti bellatorum tuorum uenientibus ut turbo ad dispergendum nos. Quippe nos confortati in canore carminis caritatiui in domino gaudebimus & exultabimus in deo iesu nostro. qui uictor deducet nos ad delicias in psalmis canentes. O. dire dracho deformis & destitutus qui dixisti. / ascendam in solium. abiectus es in abyssum. horrendam & laqueis ligatus es in lacum sine leticia. qui uane uoluisti tibi uendicare sublimitatem supra celigenas & potestatem percipere pre populi profecto in profundis fetoribus inferni cum dolore dimersus. Erubescere infelix. humilis homo excellenciam tuam oppressit. nam in astucia tua illusus es quia unde plus lucris. putabas percipere inde & te & tuos. sed & totum quod tenueras perenniter perdidisti. Omnipotens est o. inique qui ostium obstruxit & dente detrusit dolositatis tue in derisionem. Captus es hamo. quo cunctos capere cogitabas & liberati sunt ne ledes quos ligabas ligaueras. ut iam liquide letentur in laudiflua luce & in laudibus luminantius leniter liquescant. Scriptum est de te. O. scualide strabo serpens erat callidior cunctis animantibus terre. ubi erat calliditas tua quando collegisti. curiosos & cupidos ut christum cruci figerent. Indoctus addisce. ecce uenenose inuolutus es in uapores quo uirtus tua euauit. ligna lambens. quibus tu cum socijs tuis. succenderis in sempiternum. Est autem sapientia celica cum qua certamen subisti. & prorsus recte princeps tenebrarum uocaris qui titubans a templo tranquillitatis. in tantum in tormentis tenebarum tenebraris. quod non uidisti quando lumen illuxit nobis. unde & non aduertisti quod sapientia increata quam conturbare concupisti. Sublimium & superbiorum colla propria uirtute calcauit. Hinc utique excecatus extiteras nec aspicere audebas ad secreta celestia. quando dulcissima deitas de celo descendens. uentrem uirginis uenerande. ut uetustos ad ueritatem uiuificet uitaliter uenustauit. Et fecundata sine femoralis fetore eternitatem edidit electis fructum ferens felicissimum & puerum protulit sine peccato. ut in fraude tua fallaris. qui falsus semper fuisti. O. miser mendax. quam magna est multitudo malicie tue. promisiisti parentibus nostris quod perimplere non poteras. dixisti enim. hijs quos decipiebas. Eritis sicut dii scientes bonum & malum. Et tu insipiens & quasi sine sciencia supplantaris & contereris

in capite tuo ab eo quem temptare presumpsisti explorans an eternus esset omnium auctor tanto amplius in ~~in~~ in erumpnis humiliatus es es quanto inanius te exaltasti. Sic quidem mordeas maligne quia omnipotens ordinavit pro hominibus & redemit respirantes de ruina. ut continue confundaris cum cunctis cooperatoribus tuis. paruulos profecto portari precepit precepit perenni palacio. pulcherrimi paradisi. a quo tu magnus in inmundicia cum multis ministris multipliciter malum machinantibus uoluntaria uanitate uerberaris. Et hoc est quod scriptura commemorat cantans ad consolacionem carorum. Arcus forcium superatus est. & infirmi accensi sunt robore. repleti prius. pro panibus se locauerunt & famelici saturati sunt. & inducitur aptissime uersiculus ille. cantici uirginis benedice. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Denique diabolus debiles deridens desolatus ~~descendit/it~~ descendit in dampnacionem. & humiles non erigentes se in elacionem ascendunt in altis & sedes suscipiunt a quibus superbi ceciderunt. ~~~

30

.o. felix fidelis. festina ad festum futurum. ut chorum capias inter conuiuentes. quibus calamitas nunquam consurget. nec ad carnem corruptibilis ~~modo~~ amodo appropinquabit. ab hijs abscessit omnis aduersitas. neque unquam ostendetur eis aliquid ~~in~~ inportunum sed optime se habebunt in oculis auctoris. ardentes utique inextinguibiliter amore eterno ac semper in sedibus sustinentes a quibus apostate angeli abiecti sunt gloriosi & grandes canticum caritatis concites concinnando in ihesu in quem se gerebant iugiter iubilabunt. ~~Inter~~ Interim intellige qui amori anhelas ~~assumi~~ assumi. quia cicius suscipieris in sublime & uelocius uolare ualebis in uigorem uirtutum. si cogitas continue conditoris caritatem. qui morte sua mor/r/antes in hoc munivit & pietas passionis premeditata precipitet perturbantem. qui hostis est ne introeat in intimis animorum. Nam uulnerari se ueritas non uetuit. ut uilis uanitas a uiris uacuetur. & in uiciorum uelamento non uacillent hostium anime undique ~~app~~ oppulantes nequando inmundicie apertum adiutorem altissimum amittat. Resinam quam rex redemptor retulit reuerenter recordare & reficieris ad resistendum contra temptamenta tribulancium. quia reprobi rampnum ruminant. quo ruunt a rectitudine regiminis. & ideo non ad regni requiem. sed ad

reprehensionem cum rusticis refocillantur. O. peccator inpenitens plagas perspice pena/a/les quas pertulit potentissimus ne populus periret & desines forsitan diligere dulcedinem deceptoriam pro qua dolens dampnaberis nisi deinceps deleatur. antequam indurescat in algorem infernalem. Nempe nullus qui nodatur & insolubiliter ~~inter~~ interceptur ardore inmundi amoris recipiet refugium redemptionis nec rore refrigerabitur. qui rectos rorauit. quandoquidem quasi in circuitu ita circumscripta uisio impios illaqueauit. ut adinuisibilem intemorum ~~uita~~ ~~tam~~ intuitum incircumscripse quoque claritati aliquatenus nequeant consurgere. nec ad amorem omnipotentis appropinquare. O. miser mundi modernus qui usque ad huc distulisti te deferre a dilectione diuicarum. & multum metuisti militibus magnifice maiestatis mancipari ut ad miliciam moueraris meritoriam memento & medullitus in memoria mittatur. quod fortis deus infirmus homo inter homines apparuit. & ditissimus sine defectu in hoc lacrimarum loco egens & esuriens ambulauit. Hoc manda & remanda expecta et reexpecta. sed modicum ibi. modicum ibi ubi silicet solacium sustines in sapientia seculari ne uadas & eadas cadas retrorsum & illaquearis & conteraris & capiaris. Quamuis autem christus immunis ab omni iniquitate supra temporalia. setranstulit. tenellus tamen. atortoribus tetricis tormenta tollerauit. Eternus factor in tempore factus est factura. ut nos a transitorijs ad eternitatem transferat. & non in imis sed in altis habitemus ut non in uanis sed in ueris gauderemus. Ex quo. enim. altissimus usque ad homines se humiliavit. innuit in hoc ~~q~~ quod homines usque in altissimis amat exaltari. Absit ergo. quod non amplecteremur. tam beatissimam benignitatem cum. poterimus perenni pane potiri. si perfecte perseueremus in priuilegio quod nobis piissimus prebebat. Offerentes ei hostiam. uiuam uidelicet & uoluntaria uirtutem per uiciorum euacuacionem. ut nec corpus per inmoderatam maceracionem. a uigore uitali depressus deficiat. ~~ne~~ nec ita infrene ad fluctus feratur. utad libidinem lasciuam languescat. Plena prorsus pietas cum compunccione regem regum pro peccatis nostris prospicere perforatum. Ve uili uermiculo qui non uult uiuere ad uoluntatem conditoris pro quo tam preciosum pectus in plagis punire ~~ne~~ permisit. tenerima caro cicatrices sustinuit & corporaliter cruentatur uiuificans ~~ut~~ ueritas ut sentirent salutem qui subsidium suspirabant. Noli. ergo. separari a solacio salutiferi

calamitas

o

sanguinis nam filius dei furorem ~~fe~~ frendencium non refutauit. & flagellis afficiebatur falsorum. qui fidelis semper fuit. O. homo qui ambulas inter honores & delicate ducis in delicijs.  aduerte quod auctor uniuersitatis in hoc exilio non honorabatur. nec ~~eciam~~ alimoniam habuit habundanter. Attende ad hoc quod dicitur & demum in deuotione dulcissimam deputaberis Imperator omnipotens ex paupere puella formam in qua non fuit perfectam precepit & inuisibilis uita per uerum hominem assumptum uisibiliter ex uentre uirginali ad populos processit. In cunabulis ipse clauditur. qui cuncta complere cognoscitur. Lumen indeficiens pannis inuoluitur. Sanctus sanctorum erumpnam exprimit que necessario induta est a regno exulatis. dum uagit uidente ~~uirgine~~ uirgine alij similem se ostendens. ut secretum a serpente celaretur. qui subtiliter seducebat. Magnus deus in celo. infans humilis in domo. Cum matre inops extitit. qui cum patre omnia creauit. Fleuit felicitas infinita. & panis perpetuus fame affligebatur. abstinuit se ab omnibus qui cuncta continet. Mendicauit ~~ma~~ maiestas mirifica & pauper appellari non erubuit. ditissimus dominator. Estus alget etemitatis & sol celicus occasum habuit obscuratus. Organum angelorum obrigit ~~inter~~ inter inpios & psalterium sanctorum subicit cessando. in sanguinem suffusus. cithara quoque simplicium mutata erat in merorem. Canticum canencium calcabatur a captiuis refriguitque refeccio a regibus. dum in humilitate omnipotens est absconsus absconsus quia penam peccantibus predicabat. ab omnibus odibilis habebatur. Quid dicam non est dolor sicut dolor dei laus in luctum uertitur generosum germen a gentibus iugulatur. puerperium pendet pulcherrimum & formosum pro filiis ut fimus fedatur. abicitur ab hominibus honor angelicus & illusus innocens undique irridetur Corona glorie cadit in contemptum. & capud confortabile spine pungunt penaliter. come in cruore coloratur. dorsumque dignissimum in diris dolet uerberibus. oculi obnubilantur amabiles facies florida fuscatur. candor cutis rubescit. uenerabiles uulnerantur manus. procera pendent brachia. laudifluum latus liquescit in liuorem. tibie in tormentis ~~rige~~ rigent. tenerime. clauus comprimit pedes perforatos. tota caro conditoris in cruce concutitur. languet eterna lux & leticia labitur in lamentationem. Sed inter hec & alia quid aspicimus nisi amorem infinitam fecunditatem efferbe/e/re intelligimus.

obriguit.

ab humilitate  
rubricetur usque ad  
tota caro

& ex hoc gemitu iuuenibus iugis iubilus generatur. nam quamuis uita moritur. mors tamen occiditur. peccatum deletur. ymago reformatur. ruina restauratur. regio ~~re~~ redintegratur. captiuis liberatur. homo saluatur. diabolus dampnatur. inferus remediatur. regnum aperitur. paradisi promittitur. iratus placatur. resurgit uita. mors in eternum interijt. iuit autem per iter irreuocabile quia dum auctor omnium animam pro uita uiuorum offerens. asperitas antiqua remeare non audebat. nec iterum mors illa monstruosa intrabit in electos. sed in impijs includitur. qui sanguine saluatoris se sanare non sustinuerunt. in uetustate uite. usque ad extrema ambulantes. Resurgente rege cuncta rediunt. & requies quam ~~repmi~~ repromisit iam retribuitur. reuera recitudo rationis ad regimen roboratur. & non reclinat in ~~mente~~ mente reprobacio. sed redargutio reproborum reicitur in seipos. Conualente christo in gloria. grandescimus & iam iubulum gerimus. ihesu gemitum ab animis auferente. ut iam cimbala nostra resumamus refecti pro redemptione. Lapsus eluctus noster in laudem & fletus miserie in uocem ridencium. ~~conuersa~~ conuersa est cithara quam senciebamus & psalterio sumpto canticum concinimus. quod est carmen caritatis. Organum audimus omnibus auribus ineffabile & spiritu inspirati ~~odore~~ odorem accepimus. olimpi. ac ultra uisibilia uolantes inuisibilem uoluptatem uenimus illic dulcedine debriati. insensibiles subsistimus pro suauitate celesti. ad ~~desider~~ desiderandam dignitatem. in magnificencia mundanam. Insuper & meror. quem multi meminere in mente mea mutatur. in melos mellifluum. quod milites in ministerio memorabili mirificauit. ita quod doctorem ~~discesse~~ discesse non dubito & penam perenniter a pectore esse percussam perspicaciter persensi. quia ardor. ignis. eterni amoris omnem absumens abie. animo impietatem. etiam omnino indigne & decipientis dilectionis delectacionem deinceps deleuit. quomobrem raptus in refeccionem retinendam. recolo/o\ me regnaturum. & nec ~~mollicies~~ mollicies me mulcet/t\ mundialis. nec molestiam metuo. que tristemetormentet.

31

e t hec omnia utique michi ex altissimis euenerunt quoniam creatorem glorifico qui gratis in gramina glorie ut grandescat cor meum custodiuit. Integra intencione intellexi quod fons uiuus scientes sacians & rectos regenerans. ad regionem redintegrandam.

qui ruituri erant cum reliquijs in reprobacionem redactis. nisi regerentur. sitim sustinuit inter sceleratos. & aceto ~~mirra~~ mirra quoque amarissimo mixto felle inter eructuantesepulas cum pocionem peteret potabatur. O. bone ihesu quam amabilis/s\ factus es michi. ex quo supplicium sustulisti ut saluarer. & sciperem in celica symphonia. sancissimam suauitatem fruens feruore felici in amore ordinato. nec deiectus a dilectione descenderem ad dolorem dampnandorum. O. benedicte<sup>^</sup> per te baiulor ad brauium qui carpsisti crucem qui bibisti calicem temporaliter inter terrenos. quem ego miser ut merueram bibiturus eram inter infernales in eternum. Sed memoria memor fui fui & tabescebat in me anima mea. ut tangeret tantummodo interna sentiret silicet cum celicolis solacium ~~seer~~ secretum & tabesceret totaliter a tenacitate temporalium terrena contempnens. nec cupiet. nec queret carnalibus conformari. Talem tradidit michi tranquillitatem. trinitas. postquam peremptis prauitatibus & piaculis punitis piissimum perpendi plagatum & cogitando quippe consideravi quomodo conditor cunctorum quassatus per carnifices in cruce calcabatur. sine coadiutore & torcular tormentorum in trepide tolerauit. Ac ex eo preceptus a persecutoribus in eminenciam altitudinis amoris aspexi & liber a ligamentis leuiathan. langui in illuminantem. in lacrimis lotus a lubrico/ico\ ludo. & leuatus supra laqueos qui luridos & leues in se lingebant.

nota Porro dum pergere in pace putabam inopinate inpulit inimicus. & irrui in animum. ad huc non in affluenciam amoris occupatum ut euerteretur. ac inde autumans auferre omne quod ~~unquam~~ unquam operatus sum ad honorem omnipotentis. arguebat me. ut aut illectus in leticia libidinosa abirem in errorem & assumere michi amicam in mundo amantissimam. & non parcerem persistere ad peccandum & dum alitus. esset inore & donec putresceret prorsus caro in cadauer collata. aut promisit quod sine pietate penis me pungeret. undique obsistens & usquequaque aduersarius existens dum in presenti potuero pemocitare Et elegi extemplo felicius fore afflictum cum dilectis da. & deinceps deduci ad solationem quam demones dabunt. quam gaudere cum gentibus qui modicum molliter morantur. in mundo & postea ad patibulum porrecti nongloriabuntur. Sed in ensibus quos operabantur & euaginaverunt. iugulati iugiter gemebunt cum coram iudice iudicabuntur. Sed cum hoc utique exploraui ut intimam & intemeratam acciperem intelligenciam & non incassum

concupiscerem amorem auctoris neque irridere me inimici & enim uniuersi qui illum sustinent non confundentur. Sed siquidem scitote quod tanta seueritas insequit. quod nisi sanguinem saluatoris michi in subsidium semper sumpsissem. & mortem amaram medullitus meminissem in mente. illam continue cogitans sine contradiccione ceciderim subito in scelus nec subsistissem usque ad sanacionem. quia princeps putredinis qui pectus pulsauit in pulchritudine parente putauit me premissis. Nimirum hoc nolui. nam in nomine nectebam. quod nocumentum nudauit. & spemens spurciam spiritus spiratus constanter cucurri ad carmen canoris a plebe procedens perenne palacium protinus perpetravi. Deinde deuocio diuinitus dulcessit & mox mundialis malicia migrabat. nec profecit predator. ut prenderet pugnantem. quia oppidum optinui. quod caros conseruat sciens similiter solacium suaue. Et cum temperatus essem inter temptantes non terruit meturbo qui trucidat turbatos. nec temporis torret tenebrosa tempestas cum taliter transcenderam terminum tyrannorum. O. dulcis domine qui diligis deuotos quantum tibi tibi te teneor qui te ipsum tradidisti. ut me/me\ tuearis a tantis te/o\rentis & seruum suscipere/es\ dimisso dolore ad dulcissimum diligendum. Proinde percepi. quod pertinax puginator profuit perparum. nam dum institi insidijs inmundi inimici & ihesum memoriter ad mentem in misi. non obliuiscens ardorem amoris quem christus ostendit patibulo suspensus. concito contabuit callidus captiuator & hamo abscondito seipsum apprehendit aliquid accusator eo quod non habuit quod ~~ha~~ hactenus explorat. & frementis quia fallitur funiculus furoris & funis faber. ac dum recte restiti. respirans ad regem. dolus & deceptio dirissimi drachonis in dentibus dampnandi ad reprobum redundat. inde proiectus in puteum profundum & fecem fetorem a paruulis & pijs. unde perpetuo propter peruersa principare putant. Sed uictor non inuani falsidicum fugauit & uetuit uestiri uelamine uili. nam ueniet uirescens. uidere uiuentem. tot capiet coronas/s\ in castris conscendens. quot capita carnificum constanter quassauit. virtuosus uidelicet sine veneno & uehemens in verbo ac flagrans in fide temptantem detrudet in tenebris terroris. inicia errorum ab anima amputans antequam accrescant. & ipse exiliens in integrum amorem angustias non habet. Sed leuans. se libenter latitudini lucis que lumnat laudantes.

nota hoc bene



luridos

autumans

nota



liquide

liquide letabitur. in leui labore langori se  
laxans amoris etemi. Hic miles magnificus  
militat modeste occurrit in agro aduersus hor  
rendos hostium errores. ac armatus in animo opprimit  
~~audacter~~ audacter iaculum ~~genti~~ gentile. spolia  
dispergens pergit ad pacem. ubi non pugnabitur pe  
nitus a prauis requiescens cum regibus rectissime  
reficietur. Quid est o cupide quod curris con  
tinue in curis carnalibus & caperis ad capti  
uitatem. in quolibet conclusus. & non cupis cruci  
fixum. qui cladem calcauit ut concito conuertaris ad  
caritatem canendam. |Arui tanquam testa uirtus  
uentatis & sicut cremium ossa eius. quia in uisceribus  
transfixus tenerimum tetigit tormentum & uita  
inter uenenatos in uomitu usque ad mortem  
utique eternam uilescit uapulata. Testa ex  
igne solidior surgit. & princeps populi patibulum  
perpessus. arens+apparuit deficiens dolore.  
& uidebatur uanescere uirtus uiuentis. sed quo  
se ad penas pro pentis exposuit eo ardencius  
amicos amauit. Amplius quam aliquis ostendit  
amorem. dum altus omnipotens ad hoc humiliatur  
quod erumpnas excipe non erubescat erubescibat  
& turpiter tractari inter tyrannos. & tronum ad  
tempus noluit tenere. ut omnes qui audiunt  
quid auctor egebat transitoria contempnant  
tendentes ad templum. in quo solacium sen  
ciant sempiternum se macerent a mundo  
mares. moderni. quia multi iam mali & pauci  
probat. conditor quamobrem irascitur. iniquis. &  
merito mergentur. sic multiplicati. nam pene  
paruipendit. |populum per totum cum sint sine numero  
nequam nocentes & penitus iam pereunt a  
portis perfecti. Cum christus non habeat inter hos  
amicos. sed omnes abiunt in lubricum & lacum  
uiam uadentes cum uirulentis. ac deuiant  
a dextris a donis destituti quibus ducerentur.  
quid mirum si mundus inmanem minatur reprobis  
ruinam. Neque iam ut solet sancti subsistunt nec  
electi habentur qui auctorem adorent pro alijs  
audacter. & interim alantur habiles amore.  
vnde nec terra in tantum habundat non floret  
nec fructificat ut fecerit in fine cum fuerint  
fideles. falsi sunt & ficti ac fame  
feriuntur & funus fabricant in quo fren  
debunt infelicitate feruentes. Duplex/ci\ter  
dolebunt. quia non degunt ut digne debe  
rent. per penas in presenti sepe puniuntur  
sterilitas stabit. quia stultissime student breuiantur

ab Arui  
rubricatur. usque  
ad parui  
pendit

+ apparuit



in bellis crepantes cruore. coram angelis & almis  
abhominabiles effecti & raptos in recia inimici  
absorbent. Diei Diciores denique se epulis  
extingunt. & auide anhelant arripere alienum  
putantes quod non poterunt. propria nisi perpetrent  
piacula. ab alijs auferendo. Pauperiores plurimque  
inedia premuntur. nam propter peccatum pluresperunt.  
prorsus. sed puto qui sancte seruiret summe saluti  
secure sentiret inter superbos celicum solamen  
semper suffultus ut sufficienter subsistat.  
Sclerati scinduntur. a serie sanctorum & luent leti  
ciam in fame futura. misere morientes quia ma

32

|lum meruerunt~

|dolescens iuxta uiam suam /ambulabit\ & cum senuerit

|non recedet ab ea.|

O. care te cupio  
castificari. qui ad huc curris in ludo lasciuo.  
quamquam sis iuuenis iusticiam gere. uertere & uide  
uiam non uite/e\s in qua ueritas uoluit uulnerari.  
Clamat ad te christus in cruce & pendens in  
penis se preparat ad pacem. loquitur languens.  
ut assumas amorem qui cuncta creauit. O homo  
qui es humus te erige in altum. en|ego  
excelsus perferor in plagis. & sponte subij  
supplicium quod cernis. pro culpa quam commisisti.  
Innocens sum nemini nocens & turbo/o\r tormentis  
grauissimis sed gratis. nam amor que habeo ad  
te ab etemo. me crucem scandere ne caderes  
coegit. in cahos captiuorum. En ego etemus  
per tempus terminorum ut tibi eternitas tradatur  
uita morior. ut te mortuum uiuificem.  
Considera karissime quod immensus conditor carnem  
michi copulaui. quod nasci potui de muliere qui  
deus sum. pauperibus me socium prebui. humilem  
matrem elegi. cum publicanis comedi. peccatores  
non abhorru. persecutores sustinui. flagella  
sentinui. ad usque ad mortem mor crucis me.  
humiliaui. Quid facere debui & non feci.  
ad lanceam latus meum aperui. manus & pedes  
perforari permisi. cruentatam carnem meam.  
cur non conspicias. capud inclinatum quare non  
attendis. cum dampnatis deputari non dedignatus  
sum. & ecce defungor in doloribus pro te. ut tu  
uiueres pro me. Si teipsum paruipendis. nec  
nitens resurgere a retibus ruinosis saltem pro me  
uel nunc respisce qui tam preciosum pigmentum  
sanguinis mei pro te expendi. cerneme  
morientem & restringe restringe te peccantem.  
peccare desine. qui tam care redimeris. Pro  
te incarnatus. pro te sum & natus pro te circumcisus.

consurgunt. in contemplacionem suauissime  
sencientes celicum sonum cithara supremorum  
se non celante. Quod utique optimum est  
sic amare in abscondito altissimum & ac  
ceptabile amplius amatori eterno assidue  
in interius ardere. incomparabiliterque capiet.  
canticum caritatis. quam aliquis in externis  
nodatus negocijs. tanto precellencius subli  
matus in celestibus quanto minus mundanum  
~~habens~~ habens maiori gra gracia replebatur.  
Siquidem *sancū* non ideo in supernas sedes subli  
mius sustolluntur quia mira ostendebant in  
terris. & nonnulli mali huiusmodi optinuerunt.  
sed ueritas hoc uoluit quod amans ardencius  
alcus assumatur. honorabilis assideat  
inter angelos & in delicijs deitatis delicacius  
depascatur. Porro pauper solus. ~~s/e\incerus~~ in  
scince/e\rus in simplicitate ad hunc ordinem  
amoris pertingere poterit quia nec habet aliquid inter  
homines nec ad habendum arripitur. diues denique  
quamuis sit dignus diuinis deditus. & princeps  
populi ab inperatore predestinetur. eo quod in diuersa  
distrahitur nec ad unum omnino se extendit. ita  
alte non ascendet in amplexibus amoris. sed  
~~reuera~~ reuera uix raptim ad requiem rapietur  
& repente ad se reuersus recolens modicum  
ruminat refeccionem. Quippe consolamen  
concepit increatum. sed quia per consuetudinem non  
currit ad conditorem in cogitatu canoro nec ad  
huc animus agilis efficitur ad euolandum in al  
tissima & manendum in monte. mirifico corrobo  
ratus & quiete contemplacionis. dulcor diuinitus  
delectans discessit propter grauedinem corruptibilis  
carnis quia ad plura proficiscitur. Vnde & quamuis  
sanctus segregatus a sceleribus sepius suauitatem  
senciat superam. non tamen canet in con  
tinuando contemplacionem. neque iugiter iubilabit  
in ihesu donec ardenciolem habuerit amorem.  
& iudicariam gesserit iusticiam sed & quod precipue  
pertinet ad perfectum si in speculatiuam  
speret perferri specialitatem omnibus abrenunciare  
obstaculis & recte relinquere. residuum repre  
hensibile. & racionem regens non occupetur  
nisi in interius ita collectus in caritate  
quemadmodum quis inuolueretur uestibus usque ad uerticem.  
Siquidem & subeat solitu\udinem a tumultu  
temporalium. nec torqueatur propter pressuras quas pa  
cietur. natura nempe innouabitur interior & transiet  
a temptamentis in tranquillitatem & non senciet  
intra nisi saporem celicum. conuersa in canticum  
consolatorium sine carnali cupidine. carbone per  
caritatem cremante. ut capax consistat clari

concentus. Delectabiliter deinceps totus  
homo amore eternitatis incenditur & usquequaque  
odoribus obumbratus opimis surgit subtiliter  
ad consonandum cum supernis citharedis.  
eius. meus .o. ihesu iudex iustissime  
te deprecor deuocione quam michi dedisti  
non me derelinquas inter detractores ne den  
tibus ~~dilacer~~ dilacerer dolorosis. quia debiles  
in dileccione deiectioni ad duriciam dracho  
nes deuoe/r\auerunt Proinde. pater precibus pla  
catus puerum prospice qui in pace properare pu  
tauit ad paradisum quando primo pietatem michi  
prebui. ut resurgerem ad rectitudinem recia  
relinquens ruinosam respirans ad requiem  
regni ut fruar cum florigenis felicitate futura.  
& refrigerer cum regibus refectis restaurantibus  
regionem. Et nunc christe cunctipotens con  
ditor flos fructificancium quem continue  
cupiui quia callidi per carnalitatis captiuitatem  
constipauerunt currentem ut caperer confusus  
inter contumeliosos. ideo custodi me a laqueo  
quem statuerunt michi & ab scandalis operancium  
iniquitatem. cadent in reiciaculo eius peccatores  
sed .o. saluator ad quem suspiro singularis sum  
ego donec transeam. Et uidi uacillans quod uiuo  
obunditur uisus & uanitas euisceratur  
tutem a uiribus sine ueritate. ac inpetus  
inmundicie enebriat intellectum & ingeni  
um obs/c\ecat ne aspectum accipiat eternorum.  
O. trinitas sine termino tene me in tranquil  
litate. & non ~~et~~ tradas temptatori tronum tuum  
neque bestiis animam confitentem tibi. Latrantes  
in lugubri labore non me mordeant usque  
ad mortem. nam multi meditati sunt ma  
liciam ut me ~~mergere~~ mergerent in multiloquio  
& deprehenderent in documento indisciplinato.  
Quoniam circumdederunt me canes multi concilium  
malignancium obsedit me. foderunt manus  
meas & pedes meos. dinumerauerunt omnia  
ossa mea. Erue a framea deus animam meam  
& de manu canis unicam meam. salue me  
ex ore leonis. & a cornibus unicornium hu  
militatem meam. Et .o. domine non deiciat  
a dileccione quam desideravi. nec precipitatus  
sum in puteum putredinis ut putabant peruersi  
at potius perseuero in paciencia inter pungentes.  
ut super excelsa stabilitus & perfectis pedibus.  
meis sicut ceruorum. deducar in domum  
delicatissime depastionis. coronatus cum consorcio

39

o

†

lugubri

Dicunt medici quod principium . sanguinis est in capite. ibi enim generatur. et exinde ad omnes partes corporis transmittitur & ideo quando in epate uiciatur ex nimia sui  
adustione totum. corpus transmutatur a suo calore naturali. & redditur totum corpus croceum uel viride uel nigrum & pessime coloratum. e converso. quando epar  
est sanum omnino. ~~~~~

quod concupiscebam & quiescens per contemplacionem condito/o\ris  
in sede solempni uultum quod uideam ueritatis in uita  
uiuencium perpetuo permansura. Hoc proculdubio  
perpendi in penitencia quia deus non deserit dilectos  
suos. nec spernit sperantes in beatifica bonitate.  
sed tribulatos in temptamentis si non titubant cum  
timoris trutannis trahit a tempestatibus. ut  
tandem tranquilli teneantur. & fictos quos fe  
fellit flos fantasticus quia protinus cum pulsa  
rentur ad peccandum. corruerunt in contemptum  
castitatis in cladibus suis conscidit ut  
caperentur a captiuis quando iam carent calore caritatis.

cladibus

notable



Plures/s\ profecto prius per preceps peccauerunt quos pius  
protector ad perfrundum plenitudine paradisi  
predestinavit. & sinit sanctos aliquando inopinate  
humiliari in imis que odiunt. ac ludere in  
lubrica lenitate languentes liniri in specie  
quo non est procuranda sed potius etiam a probatis perca  
uenda. quatinus cognoscant quia conditor cunctos  
custodit qui castificantur. & non confidat quis nisi  
solummodo in saluatore qui sustinet simpli  
ces in sincera sanctitate & segregat superbientes  
a deductis. ad dexteram ut singulciant in sinistris.  
quia inaniter exaltabant seipsum supra alios non atten  
dentes quod omnipotens humiles ornat inter ordines  
angelorum. & sapientia celestis subtilissime sciuit  
quomodo capiat unumquemque electum ad gradum gloriosum.  
maius. + uel minus meminando maiestatem  
ergo non deberet etiam deuotissimus dicere. dig  
nior denique sum ante deum. quam plures qui inter  
populos pemoctant. presertim cum non potuit prouidere  
pectus progredientis quanta caritate concaleat  
Nescit nimirum si augustinus amplius ardorem habeat  
eterni amoris cuius memoria non magnificatur  
in hoc mundo. quam sanctus cuius inter christianos comme  
memoratio conce/le\bratur & de eo fit festiuitas  
quia feliciter finiuit. Nempe siue nata  
licia nominentur nobilium. siue taceantur. uelud  
totaliter terre traditi. Siquidem scitote quod  
inter angelicos ordines. excellencius ac reue  
rencius residet. qui in presenti positus  
penuria. habent habundancius ardorem amoris  
auctoris. & prestancius prelibat dulcedinem  
diuinitatis. Quoniam hoc absque ambiguitate  
condiciones considerando comprehendere quod morta  
les merita magnificorum & mirabilium nesciunt  
diudicare. quia diuisiones graciaram sunt idem autem  
spiritus. diuidens singulis prout uult. nam unicuique  
nostrum data est gracia secundum mensuram donacionis christi.  
alii autem sic. alij quidem. sic. Ego utique  
in hac habitacione altitudinem inter homines  
non elegi. sed utinam hoc habere haberem quod

liniri

singulciant

augustinus

anhelau. non honorem humanum. non laudem labilem.  
non miraculorum magnificenciam. non prelacie principatum.  
Sed deo deseruire desiderau amore deitatis de  
gustare. christum concupiui & ad hoc audissime  
animum extendi incessanter aspirans in auctorem  
ut ardentissime amorem altissimi amplexarer.  
Hoc utique optimum esse opinatus sum & amabilis  
omnipotenti tanta intencione intendere etemitati.  
& non sum fraudatus a feruore quo frui festinabam  
& deus quem diligere debui & pro quo uouere uolui  
uicia uentilate. desiderium dedit sine dilacione  
& non sum deceptus a dulcore quam citomundauerit  
mentem a maculis & cor conuerterit ad cremandum  
in caritate. Sciui solite subinde propter  
iubilum qui ingentur & canorem quem carpsi quod sanctitas  
non sistit in cilicio & cinere. nec in aliquo quod exterius  
operamur. sed in gustu gaudij amoris eterni. in  
contemptu corporalium. ut suspiremus semper sedere  
cum societate ciuium supremorum. non attendentes  
hij que aguntur. in istis infimis pro ut perfecti  
peregrini properantes ad patriam pulcherimi para  
disi. nam multa corpora translata sunt in terris.  
quorum anime forsitan. ad celum non dum peruenerunt.  
Quamobrem cogitau in claustro cordis constans  
esse in caritate & despicibilis deduci inter  
diuites ne ad dignitatem deportarer. amicam  
autem ada/^ma/^ui. in quam angeli omnipotentis anhe  
lant aspicere & mirificam ~~marcam~~ mariam  
misericordie matrem mulcebam michi in mollicie melliflua  
nec despexit dileccionem quam detuli ac potius  
procurauit a pijssimo ut animus ornaretur ad  
amicabiles amplexus intimi amoris. Illam  
utique habui adiutricem que orauit amatorem  
eternum ne abicerer ab eleccione amantissima  
alioquin. non amassem altissimum ardentem. nec susce  
pissem suauitatem sonantis cithare  
neque caperer ad concentum canorum quoniam illa ar  
dentissima erat in amore. & omnes amicos eius  
accendit ad amandum. Pulcherima profecto  
puella. clericulos cupit sibi. conformari quos  
secum comunicandos capiat ut quemadmodum illa castissima  
continuabatur. ita & ipsi sine concupiscencia  
carnali consistent.. hanc amaui a iuuentute  
mea. & iam in iubilum geror sine gemitu. nec  
abstulit aliena quod ipsi optuli ab initio uirgi  
nitatem uidelicet ut uiuam uirtuose & uestiar  
uirtutibus & ex quo iussus fuero finire presentem  
peregrinacionem. in aulam assumam etemitatis  
ad habitandum cum angelis quorum consorcium  
continue concupisco. Cumque cogitarem quod procari  
tate cuncti coronantur. conualui cono/cto concito  
ad calcandum curiositatem carnis & exhibui me  
ubique ad omnipotentis amorem christum querens  
in constancia. ut non fruerer ficcione fal  
libili. sed feliciter firmaque fortitudine ad

nota



nota A finibus terre ad te clamaui dum anxietur cor meum et cetera glo. 3a. Nemo igitur innotescit nisi temptatus. nec potest coronari nisi resistat. nec uincere nisi certauerit. nec certare  
nisi inimicos habuerit & temptationes. primus inimicus scilicet caro. proponit contra mensuram commesaciones. contra. castitatem luxuriam. 2us inimicus scilicet mundus assumit. delec  
tabilia. & uana. honores et dignitates. 3us. inimicus scilicet diabolus. concludit scilicet addendo penam eternam. Isti sophistice argumentantur. ut decipiant & ideo  
eis omnino non est consensendum. quia qui sophistice loquitur. odibilis est deo ~~~~

factorem festinare. Vnde & quia ostendebat omnipotens in electo suo quod omnes non egerunt & quod plurimi se non posse perimplere putabant. inuidi undique obsistebant aduersum me qui si lapsus ~~ligar~~ ligar in lacum letarentur. & synagoga superbiorum. ceciderunt a sapientia cum me cernerent ad huc subsistentem utique & impij obturauerunt aurem ne audirent quod ego acceptabilis essem inter homines. & irruerunt ipsi in ignomeniam qui me oderunt. Inter hec & qui obnubilati erant operibus ~~obscuris~~ obscuris aperuerunt auditum ad obprobrium meum. & confusionem meam cupierunt. quia non cucurri quemadmodum qui ad huc carnalitati coherent. Insurrexerunt in me iniqui ambulantes in eterno amore & tribulantes temptauerunt ut non tenerer nisi trutamus & deicerer a domibus in quibus diligebam. Itaque in hijs non florui sed fuscus fueram & sole decoloratus. estu silicet improperij. quia horridum me habebant omnes ~~insensati~~ insensati. Demum denique dirupti sunt dentes drachonum & struciones in stercoribus stemuntur. pilosi quoque prociuntur in puteum putredinis profunde. quia non declinaui ut dicebant ad deceptiuam delectationem nec sustinui me sedere in solacio seculari. neque semitam seueritatis sumebam. sed uiluit michi ~~uanitas~~ uanitas uiciosa. nam ~~inde~~ inde obriguerunt habitatores canaan & captiuos contextit carcer caliginosus. Quoniam .o. conditor te concupiui non discede/e\ns a dulcedine quam dedisti. sed & dilexi eos qui me despexerunt ac ~~de~~ derisores cum detractoribus non diuulgauit ad dampnum. nec non & amaui eos qui me arguerunt & ostenderunt odia. ut ab omnibus ~~abho~~ abhominarer. Perinde profecto patet. quia probasti cor meum & uisitasti nocte. igne me examinasti & non est inuenta in me iniquitas. ut uidelicet uiuificatus in ueritate & diuinis deditus. non loquatur os meum opera hominum. nam propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Quippe confortatus in caritatio calore transiui per ignem & aquam & eduxistime in refrigerium ut audax effectus altissimi amore requiescens referam refeccionem. ~~~~

40

ub ~~us omni~~ umbra illius quam desiderabam sedi & fructus eius dulcis gutturi meo. propter quod quia conturbare conabantur comprobacionem qua clarificabar ad honorem omnium auctoris. blasfemantes beatificandum benedicentes solummodo semetipsos exaltati in illorum opinione ut eminentes ubique apparerent abierunt in accusationem transeuncium in terra falsidici

fere oppressi sunt usque in exterminium. quia in arg/umentis arcistarum & in sophismatibus sane sanctitate non in operibus electis & in feruore fidei cum digna dilectione superare suspicabantur quos cuntpotens in calidissima & canora caritate coronauit. Reuera refrigerium recolo quod reddidit michi rex regum. ab estu quem inuidi ingerebant per temptationes tribulantes tenellum ut tandem terebratus tyrannide tangere terrenitatem & trucidatus a tortoribus titubarem in tormentum intemperatorum. Sed ~~sseptus~~ in subsidio celico trabea tutissima. non torruit me ticio tempestuosa. nec terror trahebat temptatum ad consensum cupiditatis. ut configurarer carnalibus aut delectarer ad desiderandas diuicias quin potius perpendens quia nisi. quasi. per spacium punctale presentem possident potenciam peruersi. & postea perducuntur ad penas perennes. protinus prieci in puritatem a pectore ut purificatus perciperem pacientiam & pane pascerer paradiso fruens facie felicissima ad finem infinite. De/e\inceps desepxi dulcedinem deceptoriam fugiens fallacias & figuram funeris. ac fictionem fugans ne figerer in fomento floris formosi qui ut ~~fenum~~ fenum ~~marcessit~~ marcescit & migrat a mundo in mare meroris. vnde exutus immundicijs & uirtutibus inuolutus parum reputaui reprehensionem quam retulerunt reprobi & clanculo non curauit quia creator me custodiuit ~~ne~~ /ne\ incarcerationem cum excommunicatis. immo glorificam christum. qui me elegit ad audacem animum. ut riderem ad irisiones & letarer cum non laudarer ac ardenius ambulare in amore eternorum. quia abiectus eram inter homines. dum habito in hac penuriosa peregrinatione. Quatinus corruptibilem carnem conculcans saltem pro dilectione dei paruam paciar penitentiam qui pro me plagas profundas & spinarum punccionem passus est & nemorerer cum maxima mesticia. misericordie memoratus sua amarissima morte ut uiuerem ue/e\raciter me uiuificauit. ~~et~~ malediccione merencium mutans in melodiam musicorum. Laudo libentissime latorem legis & cum leticia sine langore lugubri leuiter iam ad lumen leuor. quia in presenti non pocior potencia. nec habeo quid accipiam si esuriero nisi quando alij erogant indigenti. & non datur michi cum uoluero. sed in uoluntate uirorum uescor. profecto non pudit michi propulsari a potestate inter pauperes: & fame affligi cum florentes ut fenum facerent festiuitatem. ac siti sine compassione carnalium cruciabar. nec quidem aquam habui. ad haurien/^dum/ dum breuiter benedicti

exterminium

terebratus

nota

struciones

clanculo

nota

nota

balbuciem.

+

usque ad balbuciem bibebant. Pro pace placuit michi hec pressura ut paream ante potentissimum pietate plenus affluensque amore eterno. ac uacuis a uilitate uiciorum dulcedine debrier diuina. & potatus permaneam peremitter in fecunditate fontis. infinite felicitatis. Siquidem saluator tormentum temperauit. ut tacite tollerem temptationes. & non desperem quamuis despicerem inter militantes in mundana magnificentia. & mancipati multitudini malignancium quassare concupierunt currentem ad coronam. Porro profero. propositum. ut peccatores peniteant. & perfecti non prospicientes pulcritudinem prosperitatis presentis. properent ad palacium perpetui imperatoris. non stantes cum stolidis in stulticia. set spaciantes in speciem spiritualem. speluncam spemant spurcie. anhelantes utique in deuotione dilatati desiderij ut morentur in mansionibus ubi. non est ~~muta~~ mutatio nec mobilitas magistratus & inhabitent. in altis cum agminibus angelorum. Quippe que conquerebatur se calore contrabancium cremata & obsessa obpugnantium erroribus. iam sub arbore amato habitationem habet ne ardore uratur obfuscante & refrigeratur requie refectua. nam diuertit se a dolositate detractorum. & dilecto deuotissime dedita usquequaque assumitur ad amplexus amatoris. ut obumbrata. utique amoroso odore infatigabiliter figatur in factorem. & aspicit affluenter in amplitudinem eternitatis. Recubat recte sub ramis reprimissionis & in ardentissimo estu in ligno leticie laxatur. alabore nec ustio eam obnubilat quia algorem habet amantissimum quo fruitur inter flammis furiencium & in radicem rectitudinis se retinens non eradicabitur a refeccione. ad regnum irreprehensibiliter redeundo. uidens quod in uentu uelocissime uiuificatur ad uolandum & leuisaura se ostendit ambulanti omne abigens. impedimentum. ab. anima. que tam ardentem anhelat in amorem. Sic quidem sedet sancta sub umbra amati. ut non solum senciatur suauitatem sessionis & separetur ab incendijs exterioribus a soleque superbie sustollatur. que animum quem arripiunt feruere faciunt ad formam fruendam femine figuracionis. uerum etiam ut uacet uiuaciter in uirtute ad uidendum inuisibilem ueritatem. & uigeat uehementer. sine uicijs festinans fortiter ad sollempnitatem celestium ~~que~~ que nimirum nunquam cessabit. Quatinus dum moratur inter ~~moderos~~ modernos huic mundo mortua comprobabiliter cursum consummet. in cantico caritatis.

aura

Porro qui peccare non parant propter preiudicium quod protulerunt. & non premeditati sunt principis potestatem peribunt in suis prauitatibus. & gemebunt iugiter post iudicium. absque iubilatione erunt in eternum. quia omnipotentem non amauerunt. dum alius in eis habitasset. Hoc uerum uidetur & lucen tibus est liquidum quia desiderijs diutissimis ditari desiderabant & delectabantur dominari. ut duces. ac dei dilectores dici derisionem ducerent & proclamari pauperes putabant peruersitatem. intime omne illud odientes quo aliquis assumetur ad intuendum audacter omnipotentis oculos. in tranquillitate sine tremore. Non sedebant sub umbra eius quam dilecta desiderauit. sed cucurrerunt in concupiscencijs suis. & in ardore errorum abierunt. compressi in caligine carnalium cupiditatum sine coopertorio caritatis. quos quidem conditor non custodiuit. quia non quemlibet ad castimoniam capessendam comprobauit.

nota



Patet prorsus quia plerosque predestinauit ad perfectionem ut semper in laudabilitate luderent & non lubricitatibus laberentur. Et multos merito malicie permisit precipitari in prostibulum peccantium. quos ab initio non elegit ut eternam hereditarent excellenciam. sed dimisit eos secundum desideria sua demergi in delectabilibus que deuote diligentes declinabant. ut deinceps cum discesserint ab hac uisibili uita pro uersucijs inter uermes uentilati uerberentur in flagellis furiencium. & frendeant in flammis quia falsi fuerunt & fingentur sine fine.

nota

41

e

t nota nimirum sine nocumento nebuloso inter nocentes nodato. quod sancta & simplex sine scelere & sublata anima. ex quo ~~erexit~~ erexit eam amator eius omnipotens ab infantibus inimicis & ab exurentibus undique estibus ut umbra se operiat alarum amati. sedere. non stare. uel ire. aut currere. commemorat. ut in hoc nonnullum misterium modernis ~~ma~~ mandaret quod quippe cuncti non capiunt. nec contendere queunt ut hoc culmen conscendant. etiam quamuis concordem curramus constanter ad curiam preclaram sine calumpnia callidi clamoris. Plane hoc perspice cum perfecte quis expulerit a pectore prauum. precesque perfunderit pijsimo patri ~~ona~~ ditarique despiciens cum magnis in mundo. assidue

nota Ecclesia / stricta \ ~~lata~~ erat in principio. quando incepit. quia tunc pauci crediderunt. similiter. erit in fine ante iudicium. nunc uero lata est sed debilis. quia multi sunt in ea nomine non numine. . Sentencia. Nichil insanius est in hoc mundo. quam quanto minus restat uie. tanto magis augere uiaticum— Nesciat sinistra manus quid faciat dextra. Opus quippe dexter destruitur. si illud per sinistram id est ob fauorem humanum agatur. gregorius. intentio nomen inponit. idem fortis est quia nulla aduersitate frangitur. nullablandicia uincitur. nulla temptatione superatur~~~~~

orauerit *omnipotentem*. si *hunc* elegerit auctor  
 ab *euo* ut esset *amicus* karissimusque  
 cantor. *absque* ambiguo erit amator  
 ardentissimus in orbe. Nempe dum  
 nectitur in nobile nitore & nichil se  
 nocent tot nocumenta. denique descendit  
 dulcor diuinus. & subleuat supinum  
 solacio suauiter rapiens ad regnum  
 in quo moratur medullitus in mente  
 interim dum non aspicit *hunc* adquem  
 anhelat. Sic quidem suffultus sua  
 uitate suprema & celica sophia  
 sedet pro subsidio quem in se sentit.  
 ac infatigabiliter se figens in ardore  
 amoris. nocte dieque diuinitus donatur  
 sursum sedere. Propter hoc aiebat anima  
 electa. Sub umbra eius quam desiderabam  
sed. & merito non mirum qui sapienciam  
 sapit si semper sederet nam cordis con  
 stancia caritate completur & firmiter  
 fruitur feruore felici. unde & non fati  
 gatur funditus sufflatus a spiritu spirante  
 qui sanctificat sedentes qui hoc sustinent  
 solerter pro secunda salute. Interim assumitur  
 altitudini amoris. nam auctor sic agit. cum anima.  
 quam amat ut assidue aspiret possidere perfecte/e\  
 quod iam in arris aliquid habebat. & quod in cepit  
 gustare gaudium tam grande. Quamobrem  
 captum caritate. mens in mellifluo multum mo  
 ratur. & subleuans solacium sistit hanc in summis.  
 ut semper suspiret cernere quod sentit. Hinc caro  
 non quatitur nec cadit corrupta. leticia nam  
 laxat liquidum laborem labia leuans iubilum  
 in iugem luctu labente. Perinde persistet  
 corpus custoditum a cuncta creante quamuis  
 plurimi putarent quod protinus pro pena periret.  
 quia dulcor delectat qui nunquam deletur & suffert  
 sedentem. per sanctum solamen. ut omnia omnia humana  
 odiat. habere vniuersa terrena constanter contempnat nichil  
 requirat inter ruentes. & sapiat solummodo  
 celica & summa. diuinaque desideret indesinenter  
 christum querendo iugiter & gerens per iubilum iocundum.  
 ardens & affluens intimo amore mente  
 mutata in nouam naturam & corde incremante  
 igne conuerso. absque ambiguo hoc altum & ama  
 bile ex inde accepit. quia quietem in carne & in  
 corde continuam cupiuit. discurrens nimirum  
 se succensum sic celitus. nequaquam sentiuit.

Hic igitur tam ardens eterno amore. dulcoreque  
 depastus diuinitatis. Huic quoque similes &  
 in mentis tam magni. angelis altissimis assimilantur.  
 specialissimis spiritibus ad patriam procedunt. ardorem  
 amoris pre alijs habentes & amplius amantes  
 in suis amabulis. auctorem audissime hij amplex  
 antur gloriantes pre gaudio grandissimi gradus.  
 nam signum saluberimum in se sencientes  
 suscepti sunt ad seraphin cum ab hijs secedunt.  
 Siquidem suspirant etiam incessanter ut subleuentur  
 in sedes quas sciunt sempiternas. in lumine  
 letissimo laudabiliter liquescunt. & integra intencione  
 intra uruntur. Obumbrantur hij utique eternitatis  
 estu. qui calorem consumit cupidinis carnalis &  
 tribulatos temperat tutissimo tenore. & iam heredes  
 efficiuntur ~~edum~~ edium eternarum. Domine dulcissime  
 descendis in domum quam tibi decorasti & donis  
 ditissimis deditam ditauit ut tue deitatis  
 dulcedine dilecta debrietur. Et quia cupis can  
 ticum care caritatis & de laude in letulo libenter  
 letaris. sonum ex superis tecum sumpsisti qui in  
 sanctis sentitur cum gloria suauiter. & audit amatrix  
 tui decoris celeuma sospitatis. Tanget  
 tympanum in tabernaculo tuo & temporistempe  
 sti osi terminus tribuetur. refeccioque regia repente  
 resonabit. unde ac usquequaque in aula altissimi  
 ardor habundabit. & ignis intime incendens  
 amicam. in qua inhabitat. auctor eam eruit  
 ab erumpnis. ut affluat amore & auide ardeat  
 assumi assumi in amplexus & ipsum osculetur. quem diu  
 desiderauit. Et primum profecto preparauit portam percipere  
 potentem ut dilectus dignetur descendere desideriumque/que\  
 denique dare ac demum dulcescere domum. donis  
 ditandum dulcibus diuinis. Quatinus caliditas  
 continue cupita in corde concreseat. & cadat contagium  
 quod cupidos corumpit. & caro calcata & cornibus  
 carens captiuitatis castificetur. ut durum  
 quod dicitur subiens secure senciat secreta  
 silicet celestia solite sedendo~~~~~

celeuma.

arris

e

t unde hoc accidet anime electe. quod  
 obumbratur itaque auxilijs auctoris  
 seditque similiter sub cella salutis & muro  
 magnifico a malis munitur roris refrigerio  
 recte respirans Plane perspicimus hanc non  
 posse perferri. a prauitate pungente ut a tribu  
 lante non torreatur & in pacem putari per  
 pugnam probata. nisi quia gaudium gratis gustauit.  
 sermonis sequentis & fructus eius dulcis gut  
turi meo. Apparet exinde quod habet amorem  
 quod estuat amplexibus & osculum optatum sub ar  
 bore accepit. lignum que leticie se latenter  
 liniuit. & sustulit a scelere & erroribus

iniquis. ac fructus efferbens ex flore felici fantasmata fugauit. & funeris furorem. dei dilectam deuotam & dignam dulcissime depascens. Qua in ~~te~~ re consideret caritatis colonus. quomodo circumdata. celico sapore demones dimicat & carnem domauit. gemmam iusticie iugiter gerendo. & qualiter compulsa ab excommunicatis turrim temperancie tenuit tranquilla inter tyrannos. Perpendat peccator ut possit penitere. quod amici auctoris grauiter temptantur & in hoc exilio habent erumpnam. antequam ascendant ad arborem altam. ad quam anhelant integro amore ut sub hac celati ab hostibus eorum requiescentes refrigerentur mellifluum masticantes fructum fertilem quo singuli sanantur. qui hunc exhauserunt. Sed & penitentes proficite hec prendere poma ex quibus commedite sauissimum solamen titubare temptatos non saciet uos ferox. si recte ruminastis hanc refeccionem sed stabitis supra stagnum putredinis penalis dum stulti pro stercoribus ad baratrum baiulantur. Siquidem & sancti qui subsistitis secure suauissimum e celis solacium sentite. sumentes sub arbore umbram pro estu. audistis enim. sponsa probata qualiter se rexit a ~~ret~~/tibus ruine & reuera iam recolit reparacionem quia redit rectissime ad requiem regis quod constanter cucurrit ad ~~eo~~ castra. quidem cogitastis. conditorem querendo Calefacta quamobrem caritatis calore capax efficitur obumbracionis & manens immobilis a mellemulcente salue iam hic sedet sub umbra amoris nec tangitur tormento nec temere se tradet. nocentem nequiciam omnino absumens. in ihesu iubilando. Patet ex hijs penitus quia sessio incessabilis sic sustinetur & nichil requirit quod uidetur uanum. quod intime inuitur eterno amore. & optime excellit inter uniuersos in uicium non uadens nec uiliter uacillans. & ductus in dulcedine uirtutibus. uestitur.

 Hic arguo contra aliquos procaciter errante/e/s qui forte ex inuidia indigne dicebant. ~~et~~ asserebant etenim sophistice loquente/e/s. quod pro sumpto cibario sustinui sedere & potibus deputantes quod pijssimus prestauit. ac populis ut placeam plerique pauentes publice predicebant. penitenciam me pati & quod solummodo subegi subsidio celesti per uentrem repletum habere estimabant. Sessionem in nocte suscepi silenter. & uigilans in gaudio. carpsi clamorem cordis constanter. in inpetu amoris.

in canticum prorumpens in laude canora liquide. letabar. Verum quod ualui uolando uidere quodque potui perficere patenter dulcoribus diuinis ociosi & inuidi ambulantes in imis ac scelus scientes. hoc perpetrari posse per haustum & escam immo fieri illud affirmantes sumptu superfluo pessime interpretabant. Hij in hoc utique seostendunt. non intelligentes nam archanum ignorant quod accipit electus. delicijs diuitum me ~~de~~ degere dixerunt. & data diuinitus dulcedine non ditari. Sed dolo decepti durius domantur. quia uirus euado quod hij euomuerunt. nullus. enim. sufficit seipsum portare. nec etiam fortissimus per semetipsum subsistet. Denique deficiet cum dampno derisus. quia diu ut decuit nequaquam durauit. qui arduum incepit. & non ardet amore omnipotentis nam inde abicitur ab ipso auctore quia firmum fundamentum non fecit sibi per deuotam dileccionem Vnde amator meus quem amo affuit michi inter oppugnaciones hostium. & non obrigui in inpietatibus quando astiti in agnicionem illorum quos modicum me mulcere memini. Nimirum non notabant me nocentes in nitore nefando. neque uero uigilaui nec ueni inter uiciosos ut laquearer in lubricitate aufruerer forma femine sine firmitate. Sed neque cibaria secularium me sustinuerunt in sessione & in diuitum delicijs non delectabar nisi dumtaxat in temperancia & necessitate nature. ut caro pro christo custodiretur donec iudice iubente cadat & corumpatur quemadmodum consuetum cunctis est qui consistunt in mundo miseri & mortales. Porro prepotens in quem spero pacienciam michi potius prebuit procedenti a ~~peruersis~~ peruersitate & inter peccatores in menon protuli ad peccandum nam misit in me inperator eternus melos mirificum cum calore consolatorio & quamuis penis pungerer & intollerabili tormentarer turbine. tamen huiusmodi illectus habundancia & sublatu solacio incessabili semper sicut sanus subsistebam etiam & si infirmarer in tantum tenuit amor interius affluens. quod lectus michi non libuit nec iacebam aliquando in gemitu. ut egrotus agit. quando amisit oportunitatem operandi & mutatis membris in morbum stratum. sibi stemit in quo conalescere cogitaret. At mel e. montibus magnificis in me manauit. & paut me pastus paradisi. ut uolarem uelocissime ad uisionem uiuificantis ac in hijs manebam immobilis nec mutabar in mundanam mesticiam. iugiter iubilans cum iocunditate.

Ergo errauerunt qui inuidebant & opinantes inique indigna arbitrantur. aiebant enim quod cibatus sepe sine subsidio celico subsistere pocui & ~~s~~ sopnum accipere sufficiens cum cenassem semper sedendo. Sed reuera quia religiosos se referebant. & propter obedienciam quam optulerunt alcioribus eis qui preponebantur. si propter cibum sedebam & pre ebrietate alienabar ab animo. cur illi sedes suscipere non contendebant ut iubilarent in ihesu & mutarent merorem noctis nebulosi in meridiem melodye suauissime dum amatores mundi hostilibus armis ob scurabantur. Etenim. hij qui parabolam deme proposuerunt non minus quam. ego comederunt & biberunt. quomodo ergo sum ego absortus in ebrietate & quasi ~~made~~ madens musto commutatus sum. ut canerem. quando illi ~~lasescunt~~ lacescunt in lectulis & se conqueruntur percipere non posse desideratam dormicionem? Denique dormire potui perseverando in sessione. sed vere scio. quod ex uino non euenit michi uenustas uirtutum. nec ex humana ebrietate/te\ aliquando alienatus ab amore auctoris ex quo incepti sufferre solitudinem. & cor conuertebam a carnalibus contagijs ut capax consisterem ad capiendum conditorem. sed potius ex spiritali potacione peruenit potestas qua ~~fulcior~~ facere festiuitatem & sedile quod suscepi sustinere solempnia celebrans ut celibis. ac si undique essem obsessus superna symphonia. Audacter igitur ad honorem omnipotentis anuicio quod non accepi ab homine remedium contra redarguentes nam inebriabar ab ubertate domus dei & torrente uoluptatis sue potauit me.

43

a .i. ffluebam itaque amore olimpi & attraxit me etemitas ab inmundicijs ac reddit me ruminantem regni refeccionem ut sederem quasi insensibilis ad solacia secularia sapienda. Nescio namque iam concupiscere corporalem captiuitatem & delicias diuitum non dedignor desiderare nec placet michi percipere potestatem in uanitatibus quasuideo uacillans. In epulis abducor etemi amoris. non aliquid assumens. mundi malignum. Denique delicijs delector diuinis & cito separor a lingua loquaci discedens deinceps ab omni horrore. deferor diuinitus

a diro detrahente. Comparui comuniter inter carnales & familiaris fueram cum diuite domorum. cum iuenculis raro gerebam. Loquebar cum feminis de fide factoris. ludens non nunquam sed laudans latenter ridens cum reliquis ut eis uidebatur. Quamobrem curabant comprehendere currentem & lubricum & lapsum iudicauerunt. putantes quod pro puellis persisterem cum prauis. cum a nullis nimirum eram absconsus qui de amore auctoris audire amabant~ Sed sciant simpliciter quod sanctus subsisto. similiter & singuli qui male senserunt. protinus peniteant ne puniantur. errabant utique iniquum opinantes. non fallit me femina. nec pereo puellis. neque glorior in gula que iugulat gentiles. mens quam maiestas a malis mundauit moratur a macula in musico melode & manet in mellifluo misterio munita. Nam hec est intendo ~~qua~~ qua sic pergebam ut omnes addicerent auctorem amare uanaque relinquerent & recia ruine plus deo quam homini desiderent seruire ac sapere celestia contempnere terrena. Studui ut starent spurciam spemantes & protuli percuntans uerbis/a\ uirtutis. quatinus concupiscerent christum. non carnem & uirgines uiuerent a uicijs uolantes ad uitam & uota regi rectissime non reprobe reddentes. Profecto plunisque & hoc predicaui ut amico mundano non macularentur. nec langueant pro lubrico labentes in lacum. Horridum habentes humanum amorem osculis/s\ amplexibus non hereant inmundis. caste & pie deinceps degentes. gestate de iure in ihesu iubilare. quem solum suscipiant amicum & sponsum cum quo & in requie reficiantur. & habeant ineternum angelicum honorem. si cum diligentes libenter laborant. Hec si non creditis querite quid dixi. interrogare potestis. qui me audierunt si docui ~~dampnablem~~ dampnabile iniuriam aut deo. uel cogitauim corumpere fragilem facturam christus quemcupio hoc contestetur & contra me consurgere faciat fideles. sed & ipse conquasset capud captiui & cuntos corroboret me premere procellis. si ab adolescencia mea ipsam non amaui Nimirum non nego plurima non prospera in me

procellas

emolumentum

o

peruenisse ac temptamenta inter tales tollerasse  
turbatus tribulatus & turbidus primitus permansi.  
Tamen hoc teneo ut sisas securus fugito fe  
minas. qui *christum* a/a\mare uoluntarie uouisti nam  
uicij uenenum sic uincere uales. alioquin nisi auctor  
te alcius assumpsit. in dira dulcedine decipieris  
& delibro lucente laberis in lutum. aurum  
excambiens pro plumbo putrente. deumque dese  
rens fautorem te facis feruoris inferni  
Non accipe exemplum ex hoc quod narraui  
nescisti namque quid dedit michi deus. eiecit me  
in ignem & exuri non permisit. inter procellas  
protexit. me potenter animum inpleuit gracia  
tam grandi. ut grateranter graderer in gradu glo  
rioso. Stabilis steti inter temptationes & hostium  
insidias prudenter precauui. uanitatum uentos  
uiriliter euacuans pennis paciende ad uirtutes  
uolando. Amicus quam amo arripuit ab imis  
& ab aliena solícite seruauit. in sublime me  
sustulit a scelere seclusum & citharam supernam  
suauiter sentiui. ut cupere non cogitem carnalem  
amorem. neque nequam nitorem niterer habere.  
Nam digne despexi dulcedinem terrenam.  
cum diuina delectacio michi dulcior erat.  
& mentem repleuit munimento mirando  
ut nec lira leticie quam lubrici laudabant.  
michi liberet. sed & cantum carnalium concito calcaui  
ad christum conuertens quod cantabatur. ut cur  
rerem constanter ad brachium beatum & ardens  
apparerem in osculis amati integro amore.  
Etenim. audiui in infimo orbe quod impij  
errantes. inmundè amabant. & cantilenas  
quidem de feminis fecerunt fictè/e\ fundati floren  
tes ut fenum. Hoc reputaui rursum ruinam.  
nam quales cum canerent pectus. parauit.  
ut hec non attenderem hac intencione  
qua ipsi in canticum impure clamabant.  
Postquam profecto. incendium amoris mentem a  
maculis mortalibus mundauit. ac dulcis  
dileccio diuinitus descendit inimicus inuidens  
a foribus fugatur & & tanto aduersarius debilior  
existit quanto succrescens solacio celesti reprobis  
& recibus ruine resisto. Tabescens in tenebris  
tyrannus torquetur. & tela teruntur. que temp  
tans tetendit. iustus in iubilum genitur  
de iure & genitor gemituum gentilibus  
iudicatur. Finiens feliciter fruitur iam  
fructu quem gloriam gutturi & dulcem  
dicebat. sub umbra utilissime desiderans  
dilatari. Postremo p hoc profero. quod plures.  
non possunt. nam lubricos latuit luminis  
lucema. & nucleum nitentem nesciunt nudare.  
nec pascere paruulos qui properant ad polum. lacte  
leticie. aut cibo salubri. cum seipso substernunt.  
stulticie in stagno & student cum stolidis

qui strangulabuntur. Nimirum misterium. mitto.  
modernis. etenim antiqui sublimia sciebant.  
archanum absconditur. ab omnibus auaris. uix unus  
hoc accipit dum est in hoc mundo. Clauduit  
.enim. conditor. ianuam scripture ut lateant legentes  
que liquide lucescunt. sed amicis hanc aperitur  
ardenter qui amant. ut alijs ostenderent quod  
hij intellexerunt. forsitan quis diceret asserens  
& arguens ex antecedente. ergo sunt sanctissimi  
qui talia sciuerunt. cum deus hijs., aperit. nosque  
nescimus. conclusio non sequitur. ut liquide  
lucebit. nam sapiencia celica cherubyn excedit.  
Qui saporem celestium subtilius <sup>seu seraphyn incendens</sup> sentiu  
& amplius amoris habuit ardorem absque ambiguo.  
cicius peruenit palacio perenni. & alcius ascendit  
in patriam peruentus. Siquidem ex superis  
secretum suscepi dum. subij solícite pro solacio  
celesti in corpore sedere. sic quippe singultus.  
dulcedine discessit. & gloriam inueni in insibi  
libus & ueris uirtutibus uite integre intentus.  
Porro perspicite qui perfici putatis quod mul  
tiple emolumentum sub umbra accepit  
arboris opime. Opentur ab estu fuscantis  
feruoris. dulciter depascitur donis dilecti  
uescitur ex fructu. floribus fulcita. secureque  
sedens iubilat ingenter germinante iusticia  
& gemitu egesto. habet odorem aromatis  
interni. desiderio iocundo diligit deum. delectabi  
liter ducitur diuicijs diuinis a pugnis  
protegitur insidiantis hostis. Ante oculos  
intelligit quid contempletur. euolat  
alacriter a uicio uiscante & iam agilis ef  
ficatur ascendere in altum in ramis requiescen[s]  
consolaminis cupiti & anhelans & ardens  
ut regnum reueletur. & uisus ualeat se  
uere in uiuentem. Temperata tranquilla.  
trinitatis solacium tenuit in tactu. sentiuntur  
suauitas dulcoris diuini amoris etemi  
ardet exigne mollicie melliflua in  
mente mulcet. & cor ut sit capax hanc  
in se amplecti totaliter se stringit.  
ut incomprehensibilem continue comprehendat.  
& magis ac magis se semper dilatat.  
Gustus pre gaudio sepe gloriatur exepu  
lis etemis sentit saporem palatum profecto  
dulcedo delectat & sapiens celestia  
suauissime & summe se refert repletus ac  
recte requiescit post refeccionem. Velut[i]  
gulosus. graditur sine gradu. ad uinum se  
uibrat laudificum bibens madet pre musto  
ut ebrius effectus & mulsum se mutat.  
non meminit mundanum. Vnde hoc optim[e]  
oraculum ostendit. quod nichil nisi christum pe/e\tit  
sic potatus.

nota Bernardus. Qui adheret deo efficitur unus spiritus cum eo etiam in diuinum quemdam mutatur affectum. & non potest sentire aut. sapere. nisi deum. & quicquid sentit  
aut sapit. deus est. & ipse plenus deo est. Augustinus. deuoratur incorporati~~~~

Quidam clericus in honore beate uirginis istam antiphonam decantauit .i. Gaude dā genitrix uirgo immaculata. Gaude que gaudium ab a[...]  
suscepisti. Gaude que genuisti eterni luminis claritatem Gaude mater gaude sancta dā genitrix uirgo. tu sola mater innupta. te laud[...]  
creatura genitricem<sup>et</sup> lucis. sis pro nobis quesumus perpetua interuentrix. Cumque dictus clericus infirmitate. correptus cepit anxari. apparuit ei beata ui[...]  
cur trepidas. qui michi totiens gaudium. nunciasti. ne paucas. quoniam nil mali pacieris/s\ sed gaudij quod michi precinebas semper. amodo eris mecum [...]

## 16

.accepisti nobis denoda ~~noda~~ nodum nitoris  
esurientibus. eructua epulas olimpi & sci  
cientes sacia. salutifero sapore. Exulto  
erumpere laudes amoris de cantico conscri  
bere. carissimos quod capit quatinus qui taliter  
conspiciunt currentes. stabiliri studeant  
in cithara suau. Predico quod pauci & precipui  
pertingunt. postquam perimerent motus malignos  
& mentem mundaueint. a maculis mundanis  
ac lauerint in lacrimis stolas. in quibus stabunt.  
dulcor mox diuinitus diligenti descendit.  
Deinde dileccio in summum succrescens  
sedentem sustinet rapiens ad regem  
ultra humana ut audiat amenum indicium  
amoris ab excelsis eueniens in corde  
calente. Hinc protinus profecto puritatem  
perquirat. & uas electionis efficitur ille.  
cui illabitur liquor laudiflue lucis liquidissime  
letans refeccione repletus. Mirum in modum  
hic amans assurgit. ad nichilum exte/e\nditur  
nisi amoris penam nec patriam. placet putare  
tam ardentem erigitur in desiderio dei. In  
nazareni nomine iam nectitur nimirum. & merito  
mutabitur mesticia mentis & melos miri  
ficans immobile manebit. Ouantes  
ympnizant ob osculum amoris. & modulatis  
uocibus animus impletur cimbalum sonant septi  
salute & intonant angelica agmina cum  
ipsis. Iungitur iniubilo concio canora & rap  
ti in requiem resultant rumorem tinnulum  
tangentes neuma permitens. organum offerunt  
quod laudibus liquescit. Misteria melliflua  
mitto mansuetis. florida felicitas fiet ex  
fructu potum permirificum bibite beati &  
cuncis consistite conformes qui canunt.  
Etenim ut ebrij penas non portant. & dormiunt  
in lectulo contemplatiui canoris. horum  
inclitum <sup>id est nomen</sup> onoma scribitur in sumis/s\ melo  
dimata cum musica mixta manifestant.  
Plectro percuciant spalterium suaue & dog  
mata dulcisona. personant potenter in lira  
leticie. liquidissime lustrati. Capti incanticum  
carminis cupiti nobiliter ad numen nunc  
neupmatizant. quamuis in nube ad huc  
ambulantes. tame/e\n leuiter se leuant  
a lubrica labina. letificanti ac euolant agi  
liter ab imis in altum sonorum solacium in se  
sencientes. Caritatis quatinus carmine  
concepto post funus facilliter uranicum euadant  
omne quod hostis alicubi obsistit. Armoniam

.angelicam audient in hora. qua ab hac  
erumpna excipientur festina feliciter preconia  
peribunt. ut cursum consumment de iure iubi  
lando qui dulcedinem dulcissimam sic dilexerunt  
recellentibus sancas hec gloria est grandis. 46  
perfectissime qui pergunt ad pacem polorum  
In sede subsistunt. celesti suspirant conditoremque  
concrepant symphonia suau & nudant  
nectaream. ut nos niteremur. uigiliare ui  
rescere in uerticem uirtutum. donec descenderet  
dileccio deuota ut modulantes mirifice  
in monte moremur Ante sedem silicet supemi  
saluantis tinnulo cum tympano iubilant  
ingenter & quasi nouum canticum continue concimant.  
nam nitore permobili in nexibus nouantur & uetus  
euanuit uapor uilissimus. & uultus uanitatis.  
Ideo nimirum nouum nuncupatur. quia nouiter  
infunditur in me mente amantis & illud  
nouum ipsis est quod ante nescierunt. dum ca  
piunt incognitum celibes canorum utique  
attoniti misterio mirantur. Denique diuinitas durabilis dulcedo  
in se ipsa plenissime in prosperis persistit. perfecta  
est peremeriter perficere non potest. nichil ei defuit in  
quo delectetur. cunctum confortabile in secompre  
hendit. solus sibi sufficit non indiget  
extemo. omne in se habuit bonum ab etemo.  
Melos o est mellifluum in mobilis. qui manet.  
gloria inconsumpt/t\ibilis. delicatissimusque dulcor  
ignis ineffabilis. exurens in amicis. & uita  
est uerissima que mortem nequit scire. quos uult  
uiuificat. alioquin non erunt. Pulcritudo  
perfectissima. est & splendor speciosus. lux  
inextinguibilis illuminans lucentes. esea  
esca indeficiens epule eteme amor est  
assiduus. tam uehemens non uiuit.  
canticumque consolans & iubilis iocundus.  
qui uide/e\t hanc. ueraciter delicias degustat.  
Omne quod desidero in te christe. preter te non  
scio quid aliquis exquirat ergo gaudium  
increatum est & dulcor que dedisti. quamquam  
in nobis iam de nouo nascatur. Tu enim.  
es organum nostrum. amoris obumbraculum te  
petimus. te a. te accipimus. quid preter te  
intra nos in animabus habemus. Ex quo o bone  
iesu direxi cor meum in te & in amorem  
tuum aspexerit animus meus. tu factus es michi  
totus. amor meus. consolacio mea. delec  
tacio mea. exultacio anime mee &

No[...]  
da [...]

melos.

onoma.

& iubilus mentis mee. solacium sonorum in carmine caritatis. Conditor quippe cuncta creauit quatinus ut cumque. cognosceretur. magnificencia mirabilis benignissima maiestas & partiretur populis. de gloria perenni. ut iubilent ingenui & laudent in leticia factorem sine fine. Porro ad plenum non prenuiciatur hunc quoque proprie non possum predicare. quis enim ineffabilem eloqui ualeret. Siquidem sancti sentire nituntur flammam infallibilem que facit felices consurgunt in canticum capaces canoris & gaudent gratissime in gradu gloriosi quantum corruptibilis caro permittit. non depressi deorsum grauedine terrena. Denique dulcedo diuinitatis animam cum inplet eterno amore ostendit ei initium secure salutis. & pre granditate gaudij cogitur cantare quod antea in animo completum cogitauit. Celitus succensi. sapientia suprema. sonant sublimiter in cithara suauis & ante sedem perstreperet linguis ludifluis laudum laborem. Musa & musica nolite tacere confluente in canticum cunctipotentis. non cesset substantia. concupere canorem. curramus in choreas que concinunt in castris. Bibula blandifica bibunt beati modulantes ~~medullitas~~ medullitas melodij mirandis. cetera canentium carissima consistit. tantorum & talium merita miramur. quod mortales in mundo. in seipis sentiunt celicum sonorum. suauis & salubre dulceque diuinum. Amoris euprepia aspicimus ardentis. nam ruunt repagula sathane superbi ructus reicitur uesani uastoris & optimi institoris. lucrum eleuatur. Ministri magnifici madidant pre mulso. peragant pacifice pressuras prauorum. refrigerij reuera rore replentur. & referunt quod reprobi tormentis traduntur. christus karismata constantibus concessit per munus magna dei delectamur. conflumus in famina rithmica relecti. areolam aromatum intime habentes. Aureole innitimur aurea accensi ut laurea letificet languentes ad lucem & trophea intrepide tranquilli teneamus cum nostri fiant socij angeli amantes. symphoniaca suauitas regi resultat caritas que concina fidibris & melis. ~~mulceat~~ mulceat mesticiam quam mundus manauit. ab hijs non diuiditur diatessaron deuota. nam feruens dilectio per omnia placebit & poterit perquirere plus quis quam putaret. Promunt perinde diuinitus dilecti. splendiflui in specie. palidonias

bibula

desipientes

euprepia repagula madidant

areolam areole

fidibris

[d]iatessaron

[pali]donias.

inpleti cantico armonico cum paraphonistis qui mere modulant pre luminis elapsu. laudes cum leticia per lina latentes Et extracti a tenebris transferuntur ad trinum. triumphaliter theoria fruentes felici fulgebunt flores in celo sine fine. Hoc gaudium non refero ad mundum amantes qui curis carnalibus incaute capiuntur quorum melodia mutabitur merori. qui tenent tympanum & citharam gaudent ad sonitum organi ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt. Ve eis pro breui bono longissimum habent malum. Qui inter delicias quas dilexerunt mutauerunt gloriam suam in similitudinem uituli comedentis fenum. Et effuderunt sanguinem ~~innocentem~~ innocentem sanguinem filiorum & filiarum sacrificauerunt sculptilibus chanaan. Attamen hoc comperi. quod uirorum uolumina. moderne manentium. minime cum multis magnificantur. qui putant quod spiritus in istis non assistat. quemadmodum affuit antiquos inspirans. Et rationem reddere aliam non habent. quam quia ipsi uacuos se uident a flatu felici. etiam sic omnes esse suspicantur.

nota

Pro religione quam se iactitant intrasse plurique profecto desipientes audent arguere quod omnes excellunt in mentis magnificis alios in orbe. Solitarij siquidem. despecti ducuntur. in omnium obprobrium iam abierunt. ubi alij in aulis honorifice assistunt & ad mensam magnatum presedere ponuntur. alij ad hostium mendici morantur & hijs de micis mittunt multi magnates & reputant ut reprobos. quod plane penitebunt. Verum non timemus torqueri & despici inter tyrannos nam spes nostra ponitur in patria perenni tanto acceptabiliores cum angelis & almis apparebimus ante auctorem. quanto inter homines minus acceptamur. Odium & inuidiam tantam non inueni. nec habui inter omnes mortales sicut sustinui ab hijs qui se dicebant discipuli ihesu christi. Sed quomodo & quocumque modo se a deo missos iactitant magistrum humilium. non imitantur. qui dicit. Discite a me quia mitis sum & humilis corde & inuicem requiem animabus uestris. Sed uere non requiem sed laborem miserum anime sue inuenit. quem inuidia de exaltatione proximi exurit. Exultent ergo & letentur moderni amantes tractent. scribant semocinentur de eterno amore. pro ~~in~~ inuidia non incipiant. neque pro inuidia cessent. Clament cum psalmista

Sanctimonialis quedam. que cum esset deuota gloriose uirginis. quadam nocte apparuit beata uirgo. dicens. moneo te ut si illa que in prece uis magis proficere & michi placere. noli ea amodo tam uelociter pronunciare. placet michi peroptime angelica salutatio & dum dicis michi prolixius dominus tecum. ineffabiliter delector. tunc illa. 2. partes salutacionum beate uirginis quas dicere consueuerat pretermisit. ut 3. am partem diligencius & morosius passet

Pro eo ut me diligenter detrahebant michi ego  
autem orabam. Nam tanto apud deum ex  
 cellenciore/e\s efficiuntur. quanto apud homines pro mi  
 nimis reputantur. Ego utique eripior ab inuidis  
 & a laqueis eleuor linguosorum per celicum  
 circumseptus subsidium. uobis quantum partimee  
 pertinet theologum categorizo symbolum.  
 ante trinum cum tripudio tangens tympanum  
 modulans mirifice neupma. nimirum pro  
 neupmate nitoris. & principes perueniant.  
psallentes coniuncti michi dum ~~muta~~ mutor melo  
 dy in mente ut modulamine melliflue  
 morer in medio iuencularum tympanistiarum.  
 En geror in iubilo iustificanti & dulcore  
 discedo a domibus doloris. morior in melos  
 copulatus camene. qua aula habundat ange  
 lici honoris. Concino dum curro comprehendere  
 cupitum. nam moriens non amittam migrans  
 a mundo ubi maligni molimina multiplicantur.  
 quod uiuens ualui a patre perpetrare. Amor almiphonus  
 accipit etemum. saluantis subsellia sanctus existit  
 phalanx perfruitur facie factoris & ardens igni  
 coma seraphin suppressus. s. satrape sunt celici  
 sanctissimi sophia. Nos quoque qui nectimur. in  
 uinculo uirtutis aram circa auream holocausta  
 oblata accepta sint in oculis omnipotentis.  
 chura incensa ex ore adolemus & nostra thimia  
 mata temporale transcendant. in choro quo concinimus  
 organizantes odas. Et quoniam modificanti  
 melodymata sonora suauitas rutilans resultat  
 tediosus est totaliter terrenus tumultus. ideoque consilium  
 quod ago accepi audacter annuncians modum quo  
 maneo carpens canorem non uelans uernulam  
 qua uiuo uirtute.~~~

47

cce elongaui fugiens & mansi in  
solitudine. Solitarius iam sisto  
 securus salute sufficit solacium quod sencio  
 ex summis nam suauitas sonora sustentat  
 sedentem. ut lugubris non laberer dire  
 desolacioni. nec ad ocium inducerer aut cure  
 carnali sic. ardoris opulencia alligat  
 amantem. Et nota diligenter acciones sanctorum  
 quomodo transmigrant a babilone in ierusalem.  
 Primo renunciant omnibus que possident deinde  
 solis celestibus intenti. in amorem conditoris.  
 succenduntur. tercio cum iam increatum dulcorem  
 gustauerint. tanta auditate illis angelicis  
 choris interesse inardescunt. quod nulla aduersitate  
 nulla blandimentorum mollicie ab intemo.

Sanctus solitarius quia pro saluatore suo sedere sustinuit in  
 solitudine sedem in celestibus accipiet auream & excellentem  
 inter ordines angelorum & quia uilibus uestibus pro amore auctoris  
 induebatur tunicam talarem & etemam in claritate condi  
 toris confectam induet. palliumque pulcherrimum lapidibus  
 preciosis intextum inter paradiscolas potestates porta  
 bit inperpetuo. Verum & quia uicia euacuans ac species

aspectu queant seperari. Quarto pre nimietate  
 gaudij & magnitudine amoris qua inpletur  
 sonum in se suscipiunt celestem. & diuina  
 armonia obumbrantur. & fugiunt in solitudine  
 ne ab illo spiritali canore impediuntur. Hij  
 sunt uiri contemplatiui. solitarij. summi. nullus  
 eis equari potest. in perfeccione & gloria Et per  
 hoc probatur. nonnullos etiam qui docti uidentur  
 penitus ignorasse contemplatiue uite  
 eminenciam qui ideo uolunt monachos maximi  
 menti dignos esse & deum diligere quia uiuunt  
 sub abbate. Et hec uerba multi religiosi as  
 sumunt in testimonium. disputantes facta  
 contencione quis nostrum uideatur esse maior.  
 Augustinus uero non dixit obedienciaris op  
 timos esse. sed dixit quod non inuenit melio  
 res quam qui in monasterijs profecerunt. & christus cum  
 laudaret iohannem non dixit inter natos mu  
 lierum optimus est. sed non surrexit maior  
 iohanne baptista. quia forsitan ita magnus erit  
 quispiam. qui nondum natus est. sed maior  
 nullus erit. indiscussum est. Ergo in hoc  
 quod sic anselmus ait liber de similitudinibus ultra se  
 presumpsit ostendens aperte quod & ipse in monte  
 non stetit. qui esset superior ut ualeret  
 discernere. qui ardenciores existunt in amore.  
 ratio reuera indicat quod qui minus in exte  
 ribus negocijs occupantur. in intemis desiderijs  
 amplius inardescant. Similiter & omnes  
 qui illa uerba ut uera accipientes per hec  
 nituntur probare se deum precipue diligere  
 protinus probabuntur amoris magnitudinem  
 & misterium ignorare. Qua propter iste liber  
 factus est de eminentibus amatoribus dei  
 ut dum legitur. presumentes & superbien  
 tes confundantur. qui frustra alciora iam  
 arguunt se arripuisse. qui ad huc minora  
 nescierunt inuenire. Accedo. igitur ad assumptum  
 & patebit propositum. Nimirum hoc quod noui  
 nuncio. nam omnis melodya mundialis omnis cor  
 poralis musica instrumentis organicis  
 machinata. quantumcumque actiuis uiris & secu  
 laribus negocijs implicatis placuerint. sanctis  
 profecto contemplatiuis desiderabilia non e/e/runt.  
 Immo hoc audeo annexere. quia feruore fru  
 entes dulciflue dileccionis fremitum fugiunt  
 & canoro capti iubilo etiam psallencium solempnia  
 audiunt inuite. ut pote qui iam sonum susce  
 perant celicum. clamori corporali ulterius non concordant.

prorsus spurcie abiciens cum ardore amoris. omnipotentis  
 sonum in se suauissimum & celicum suscepit & mola modu  
 lancium in caritatio canore meruit menti sue inmitti  
 me melliflue. audacter sine horrore exit ab hoc exilio  
 audiens in extremis angelicam armoniam & gradiens  
 cum gaudio qui ardentissime amauit assumetur in aula  
 eterna honorabilis ad gloriosissimum gradum subsistere cum  
 seraphin in sede suprema.~~~~~

arm[onia]

theolog[um]

malos  
nota. contra religiosos

molimina

phalanx  
ignicoma  
satrape

thimiam[ta]

uernula[m]

Actiui utique in exterioribus exultant organis. nos contemplatione creatoris succensi suauiter in sono epulantis terrena transuolamus; Illi nostrum nesciunt gaudium nos illorum neupmam nequimus. Quia dum /<sup>intra</sup>\ in ~~id~~ nos delicias diuinas sonora uoce iubilantes canimus ab omnibus profecto psallentibus ac loquentibus cupimus segregari. Alioquin iam desinimus canere. atque ab illa inuisibilis melodye affluentia cessare. ut dum ab illis corporaliter perstrepentibus non fugimus. ueraciter discamus. quia nemo unquam in amore dei gaudere potuit. nisi qui uana istius mundi solacia recte reliquit. Hinc liquet summus gradus amoris dei. nam pre magno ardore & dulcore diuinitus dato sanctissimus amator in canticum confluit & iam quasi in celo positus undique ineffabili armonia & laude ludiflue/a\ cum tactu tinnulo septum se sentit & hoc utique quod non audet aliquis sane mentis abnegare. in solitudine contingit non in congregacione. Vnde & antiquitus solebant plurique perfectiores a monasterijs. exire in aliquem locum solitudinis. ut liberius canori uacarent contemplacionis.

Iam nulli exeunt. omnes amant solacium hominum & ideo sine dubio uisitacione carent angelorum Ita placentis sonus exteriorum & solempnia corporis. quod parum uel. nichil curant de sono spiritali aut de solempnitatem mentis Siquidem & quod peius est. inociositate indu rantur in tantum quod in deuocionem nequeant assurgere. nec putant se posse maiorem gratiam inuenire. Erubescite deinceps & tacete. confundimini. enim. in argumentis uestris ostendentes uosmetipsos et amantissimos dei penitus non cognoscere. & altum diuinum amoris archanum. funditus ignorare. Quid agitis cum omnibus uestris litteris quas a primeuo etate didicistis. Quid prosunt uobis dum nescitis quid loquimini. Omnes uos consolatores onerosi estis sciencia inflat. caritas autem edificat. Ecce enim iuuenis zelo iusticie animatus insurgit contra senem. heremita contra episcopum & contra omnes taliter opinantes qui in quantumcumque exterioribus actibus supereminenciam affirmant esse sanctitatis. Emulamini carismata meliora. Labor corporis ad modicum ualet. pietas autem ad omnia.

sed ais. melior est obediencia quam uictime. sed uere hoc pro me est. quia nichil deo est acceptabilius quam ipsi obedire in omnibus. Qui

armonia

nota

nota hoc  
bene

de obediencia nota

nota

enim. deo est obediencior. *etiam* coram deo est maior. sed non sequitur iste obedientissimus est homini. ergo. obedientissimus est deo. Deo enim solo amore obediunt. ergo qui ardenciore/i\ amore amore in deo infigitur. deo obedientissimus esse probatur. Potest autem quis homini obediens apparere & tamen deo. omnino contrariuuisse. Monachi ergo. uel alij in habitu religionis constituti. sancti non sunt in quantum superioribus obediunt sed in quantum feruore sancte dileccionis soli deo seruire contendunt. Quamobrem considerent religiosi intima sua. & libros patrum suorum & inspiciant diligenter si inueniant aliquam eminentem prerogatiuam de eterno amore inter eos qui manserunt in congregacione. quam non possumus nos ostendere qui fugimus & mansimus in solitudine. Porro si non inueniunt ut quid frustra se exaltant. dicentes. propter obediencia quam prepositis exhibemus. inter omnes ordines ecclesie in meritis maiores sumus. Sic communiter dicunt. sed sciat pro certo quod qui uere deum diligit nequaquam sic dicit. Insuper & sine calore caritatis. per argumenta contendunt uincere. quod bene uiuendo nolunt perpetrare.

Contestor ergo cunctis christianis. quod omnis uere amator christi. & uir contemplatiuus. quietem. silentium. secretum. solitudinem desiderat. non discurrere. non inter cantantes sedere. non multis misceri. non alloquiis detineri. non audire sonitum corporalem. Qui sic perfectius ageret. signum est quod deum perfectius amaret. Nam ad interna intuenda & canenda tanto amore rapitur. quod deinceps iam in exterioribus non delectatur. Nimirum ex insania mentis hoc procedere uidetur. si quis asseruerit tantum posse hominem deum diligere in mocione sicut in quiete. Amor enim est. desiderium cordis in id quod amat iugiter intendens cum delectacione & cum habet quod amat. tunc gaudet & tanto amplius maiori gloria se reficitur. quanto ueracius amatum sentit. Deus uero qui est summum gaudium & omnis deliciarum plenitudo sine gaudium & delicijs etiam in hoc seculo a sanctis non habetur. Vnde & nonnulli precellentes sancti. quia inestimabili dileccionis feruore christum complectuntur in uia positi gloriam patrie quamuis tamen nondum perfecte susceperunt. Sed hec non contingit inter cantantes & tumultuantes & disputantes in congregacione. ut superius declaratum est. sed quibus inspiratum est ab omnipotente deo. ut

Et non mirum. si anime ita in amore ordinate mandetur melos & camenam capiat continue consolatoriam ab amatore cuius uiuit enim quasi non esset sub uanitate. suffulta celitus utardeat utique in eternum in increatum calorem & nunquam cadat. cum inde quia incessanter ardentem queamat /<sup>ut</sup>\ & sciat in se feruorem felicissimum & sciat subtiliter se exurgere

eterni amoris presenciens dilectissimum in desiderate dulcore. in canticum glorie mutatur meditacio. & natura inuoluitur almiphona amenitate. Quamobrem concessite conditor quem toto corde concupiscit transire sine timore & tristitia a corpore corruptibili ut sine merore mortis mundum deserat que inimica tenebrarum. nichil nisi uitam amabat. ~~~~

*nota* Quadam nocte orante/e\ cutlaco. apparebant ei demones .l. horribiles ualde cum magno strepitu extrahentes eum a cella sua. Post [hec eum in] palustribus inmerserunt. Demones per loca aspera inter uepre/e\s trahentes carnes eius cruentabant imperantes ut de heremo exiret. Ille uero in [...] Respondit dicens. Dominus adext[er]is mibi est ne commoueat. Post hec crudeliter cesum ad inferorum fauces deducunt. ostendentes. ei intollerabilia tormenta. in quibus anime cruciaba[n]tur. Cumque comminarentur & inpellerent virum dei ad supplicia illa. minas eorum despectit confidens in domino. & subito app[ar]ente ei. Ba[r]tholomeo[gen] [ter ...] ad eius p[er]... sine lesione [re] ductus est [ad] cellam suam.

18

ut libenter sustineant penitentiam solitudinis & deinde delectentur sedendo in symphonia celica & in suauitate carminis canori iubilo iocundissimo iugiter se ingerente. Ex hijs ergo concluditur quod anhelanti in gloria celesti eminere pocior est solitudo quam congregacio. presertim cum maiori gratia amoris silicet diuini dulcedine replentur in presenti. & in futuro coram uultu conditoris propius assistentes gloriosiores & clariores coronantur. ut pote qui propter ardentissimum amorem. quo estuabant in se factoris sui maiorem similitudinem inpressam representant.

Quanto enim quis plus amat. tanto deo similior est. ymaginem autem dei non reformat in nobis aliqua accio exterior. sed solus eternitatis intus ardens amor. Siquis tamen uerbis meis contradicere non timuit timuit. ad auctorem appello qui iuste iudicans cunctorum merita disponit. Quia si proferam. iudices quamuis sciant de hac causa sciant iudicare. non acceptabuntur. nam raro autentica est pauperis persona. & fit communiter quod quamquam uerum dicat non auditur. Quippesi diuites & prelatos de hac re constituam iudices. timeo ne fauore uel timore corumpantur. aut forsitan secularibus implicati actibus & subditis suis seruientes in magno amoris monte non sederunt. ut omnem gradum recte discernerent. Et reuera stulticia uideretur. si quis de hac re se interponeret quam nesciret. sicut turpe est aduocato ignorare ius circa quod uersatur. omnia enim debet scire qui de omnibus habet iudicare. Deus ergo qui non est acceptor personarum. qui necfallit nec fallitur quem nulla latet cogitacio. qui & reddet unicuique secundum opera sua. cui de occultis pertinet indicium. ipse iudex noster erit. Ipse. autem amoris uehemenciam & inpetum perfecte nouit. qui ab eterno ardentissimus amator existit. Ergo de uultu tuo domine ihesu iudicium meum predeat. oculi tui uideant equitates. Tibi utique acquiesco inspiranti ut amans efficiar. qui facis quod desidero. loquens quod audire gaudens fio~~~~~

48

d ucam eam in solitudinem & loquar ad cor eius. Veluti uerecundus amator inter omnes non ostendit osculum amoris. nec in publico se prebet calorem canoris. sed dilectam deducit. a domibus drachonum ut perueniat ad porticum quo populus non punit. & sola cum solo sedeat secure. ne strepitu stultorum. ut stolidi sternatur. o Tunc loquitur quod libet. leticia illapsus. nam clangor & clamor desertum non ducit. & ipsa intelligens audit ouan[te]r. Sequitur suauitas. solacium superum. amica[bi]les amplexus. auid[er]e assumunt ruit in g regem requie relecta resinam relinque/e\ns

reprobis in rure. Heremus non habet horridum obsecrum. micant ut milite qui a mundomorantur. me melos non marcescit a montibus emanat. Heremice electio uemat uirtute. florem & fructum feliciter fecundat & finis firmabitur fauore factoris nam clari consurgunt in carmen canorum. Clanculo colloquimur. intimum amoris. archanum accepi quod alij ignorant. dum ab alijs abscedens desiderium detuli dulcissimo dilecto. deserti delicias deinceps degustans. Ludimus in lectulo leticie latentis & cordis capacitas incaluit contactu. cucurrit constanter in crebrum concentum & carnis calliditas cecidit contrita. Celica suauitas sedentem suscepit. & rapuit refeccio in requiem regalem ne temperatum ac tutum & tangerent terrena temporatos que trucidant & tradunt tormentis. Solitarius qui sustinet se segregatum. celitus succenditur suauis sapore non fallitur in feminis nec fruitur figmento. sed feruet feliciter amore olimpi auctorem ample/e\ctens tumultu non turbatus. Ipsi utique qui heremum elegit & a percepto proposito non labitur languens angeli adueniunt in armonia opima & aures heremicole implent odore. & subtiliter sollicitant solacio sonoro. quemadmodum quis in cimbalo tactus tinnulo tranquillus teneretur. Insuper interius carpet canorum. absortus undique indicij amoris & geminans in iubilo iusticiam gestabit. nam ex hoc quod accedit angelicum amenum. leuiter leuabitur letabundus in lumen. Solitudinem qui suscipit stabilis persistat desolatus non doleat quia deformatur. ueste uilissima caro uoluatur. laboret in luctu donec lauetur. Postea profecto portabitur ad pacem & pane perfruitur plenissimo dulcore a peste perfidie & a putredine purgatus pessimi pauoris. Mordentem maliciam heremus absumet. solitudoque secat superbiam insanem. principabitur perpurus in populis post pauca & clarus consistet. cantus cum choro conditori quem querit in carmine caritatis. Hoc itaque est optimum quod accipit homo. dum in hac uita uiuere ualet. excelsum utique ambiguum non habet. nam taliter translatus temporale transcendens tutissime transibit. Non erit quod erret. qui sic adamauit. deitas nam debet debriat dulcedine dilectum deducens ingenuum ut iubeat in ihesu. & currat continue. celicas ad sedes. Melius mulceri non memini mortalem dum man sit in mundo uiuens ut uir. ergo heremita assumitur honori quem ita exaltat amator eternus quamquam acutis indignus iam ducatur. Natura nempe interior nouatur nimirum & nitet splendore profusa. ut ipsa iam ambulet. in ardore amoris transeat que tota in tympanum trinitatis.

armonia

tinnulo

amenum

Augustinus ad anastasiu[m] epistola 68. Inimicus enim iusticie iusticie est. qui pene timore & non peccat amicus. uero iusticie est qui eius amore non peccat. omnia. igitur. hec summa est. ut intelligatur. legis omnium diuinarum scripturarum plenitudo. esse dileccio dei & proximi in qua nos ardere donet ignis spiritus sancti.

Augustinus in primo libro de trinitate. Trinitas unius eiusdemque substance uel esencie dicitur. creditur. & intelligitur. que est summum bonum. quod purgatissimi mentibus cernitur. Mentis enim humane acies inualida in tam excellenti luce non figitur. nisi per iusticiam fidei emundet. De hac igitur. re. summa & excellentissima. cum modestia & timore agendum est. ubi quare queritur trinitatis. unitas quia nec periculosus alicubi erratur. nec laboriosius aliquid queritur. nec fructuosius aliquid inuenitur. Proinde omnis qui audit & loquitur ea que de ineffabili & inaccessiblei luce domini. studeat imitari atque seruare.]

Quamobrem ac constat. quia calefit canore & currit in canticum creatorem complectens gran descit in gradu in gloriam mutata per melos mirificum. quod mando amanti expressens ut potui ut et ipse conscendat culmen hoc tam carum. quod reuera. & rarum est mortalibus modernis. quando quidem celicole hoc cupiunt cantare In ihesum ingenter genitur de iure. & iugiter iubilat qui ad hoc generatur omnis usya attonita stupescit audiens quod aliquis in carne consistens. sic celicum in se suscipit inseparabilem sonum in signum salutis. Profecto perpendi clemenciam creantis cui impossibile nichil putatur. qui agit ut amans. pre alijs excellat. nam sic cum elegit eminencie eteme ut liquefiat in laudes limpidissime lucens. & fluens funditus in firmum feruorem felicitis factoris. Denique indefesse diligere delector quia dulcor diuinitus michi donatus nequaquam discedit. non deserit amicam altissimus amator nec lugubrem relinquit. transiens post tactum non raptim & raro reficit dilectam. sed manet moratur sub pallio cum sponsa in amplexibus & osculis amenissimi amoris. Zelotes siquidem in domo se tenet. & amans assidue amota mensura in oculis amice libenter letatur. aspiciens in ipsam cum apte ornatur. amicailes affectat allocuciones ut audiat ubique quod integre amatur. Contemplacionis quippe constanciam iam carpsit canticus non quatitur nec cadit camena nisi corpus percussum nimium tabescat aut clamor exterior prorumpens in altum spiritualem prepediat a cordibus canorem. Vtique qui ambulans ducens dietas. fatigabitur afflictus iter itineris in usu. & cordas non capiet carminis canori. nec in sono cum celicis perstrepat concenter. dum fortiter festinat ire cum papis qui intimum archanum hoc omnino ignorant. Perinde pre caumate pene plurimumque cantans consummor & usya obstupuit. degustans diuina. quomodo sic concito refeccio recessit. nam non nisi motus ad uiam uadendam memini me molestum carencia canoris. Denique deficit caro calcata. nec potest iam perficere ut primitus pergebat. quia donum diuinitus dulcissime descendit. & animum arripiens obuoluit amore. fortitudinem refellens petulancie carnalis ut in spiritu persistam laborans & languens donec deducar ad claram quietem. Hec qui intelligit que pagina panguntur. infirmum me agnoscens & mortuum mundo. coram causantibus aliquatiter excuset Racionem nam reddidi si intime attendis. cur interius me tenui. non uisitans

o

Deus est spera irreprehensibilis. cuius centrum est ubique circumferencia uero. nusquam. an selmus. Deus est substantia spiritalis tam inestimabilis pulcritudinis. tam ineffabilis suauitatis quod angeli qui solem septuplo. sua uincunt pulcritudine iugiter in eum desiderant prospicere.

uillanos. fugiendo a festis psallentiumque sonoro. Hinceremus non horret. ardentem amanti. solus suscipiet quo coniunctus carebit. uiator uacillat quiescens calescet caritate cremante carbone succenso. Predicator perfectus pueros parturit ad pacem portandam & capiet coronas quia captiuos conuertit. coram cunctipotente. dum euellit & destruit. edificat & plantat manens immobilis in dilectione diuina. profecto percipiet dyadema decoris. & reuerenter in re/e/gno cum rectis residebit. Sed errant nunc undique miseros mittentes qui ignorant oracula clause scripture & integrum non habent altissimo honorem. amorem. ac prohibent precipuos proferre sermonem. & alio/s admittunt qui a deo non mittuntur. Nesciunt nimirum nodum nudare. nec ut soluant signacula a spiritu spirantur. insuper cum impijs contaminantur. ac detrudere non trepidant cum dolo deducti si quosquam audierint in fama fecundos. Hos mittunt moderni in populis prelati ut predicent in portis ad uiros uiscatos qui tamen prius quam ueniant uicijs uenduntur. denique a deo missi non manent. debiles indigne hoc nomine censentur. quamobrem durissime desolabuntur eo quod sub specie pietatis pacate opus amittunt. quo christus laudetur. Heremitas abiciunt & horrent cum ipsis bonos esse & conscios audire hos nolunt. quicquid homo dixerit quod laude sit dignum semper ad malum interpretantur. Quamquam iam sciant summa secreta & necessaria nouerint humane saluti quomodoque nitor in nobili nectetur. utique cum ipsis acceptabiles non erunt. Reuera respondeant coram regnante qualiter constituunt de cunctis quid agunt. si non indifferenter officium ab omnibus hoc accipiatur. cur potius non eligunt quos deus inspirat & mittit in mundo ut multi meliorentur. uel forsitan fictos & falsos funditus fugarent hereticos & inpios expellant ubique catholicos colligerent qui castrum constructum custodiant caute & construant cotidie quod non dum completur. non communiter cum pessimis dilectos dampnantes. Verum hoc uidetur quod uanitas uacillat pro uiribus uirtutis & solacium superbie cum magnis moratur. qui inhiant excellere prodesse non querunt. quia lapides lucentes sanctuarij stulticie in stagno cum stolidis stemuntur. Polluuntur precipui & nitidi nigrescunt pulcri impure properant a pace. perfectos non possumus iam inuenire. omnes utique honoribus anhelant & dum ambiunt ascendere. in infimis abduntur.

[Matth. 22.] In hijs duobus mandatis. uniuersa lex pendet & prophete. [Augustinus. in enchiridion] totam magnitudinem. & amplitudinem diuinorum eloquiorum possidet caritas qualem proximique diligimusque radix est omnium bonorum. [Omnia. igitur]. ad duo mandata caritatis pertinent quia per caritatem. implentur. & ad caritatem. tanquam ad finem referri debent. si. ergo non uacat omnes sanctas paginas perscrutari. omnia sermonum inuolucra euoluere tene caritatem. ubi pendunt omnia. quia perfectio & finis est omnium bonorum ~~~~

nota Scolaris quidam. in cantu doctus. uocem habens dulcem & cano—m—ram singulis diebus. quando de scolis ad uesperam reuertetur domum [...] in honore beate uirginis excelsa uoce decantauit. ita quod uox pueri cantantis omnes audientes hillarauit. Sed perfidi iudei laudes beate uirginis subp[...] nantes cantantem puerum per ostium eorum. ~~trans~~transeuntem apprehenderunt. eumque subito interfecerunt & in scandalum beate uirginis corpus eius [...] suspenderunt. Puer ergo biduo esse quesitus. 3ia die ad uesperum. audita est uox cantantis in domo iudeorum. vnde ad corpus peruenierunt. quod cum ingenti [...] ad ecclesiam beate uirginis allatum est. Incepit ergo cantor officium Requiem eternam. statim audita est ab ipso puero uox clara incoans. Salue sancta [...]

## 19

Terrenis se trībuunt temporibus traduci saluantem non sustinent qui subleuat sedentes procurant pocius puteum penarum quam pergere ad polum plenissimi dulcoris. Itaque heu quod ostendimus obscuratum est aurum mutatus est color optimus dispersi sunt lapides.sanctuarij in capite omnium platearum.

O. deus quem diligimus & querimus cum corde. defende nos a drachonibus & destrue dolores opus adiutorij paruulis protende. pupilli & orphani esto amator nam qui nos pascere debuerint occidere conantur ~~Et~~ Nostrum consistas capud & corona & ducad delicias. ubi te uideamus & non simus indigene diu in hoc mundo. nam hij qui preferuntur maxime od/i\unt. Denique despicior inter ditatos nec curant si caderem ad colloquium carnale dicunt me inmundicijs uelle uacare. scleratum ac superbum simul suspicantur. & quomodo capiemur ad ciues supernos qui peregrinantes pacifici non sumus. O. alme omnipotens qui abicis obscura. & seruos sustentas ut a scelere sanentur. heremum amantibus noli abesse. nec desit dulcedo optati amoris hys qui tediligunt incordetranquillo. Solitarie qui sedet senciat solamen. sed non femineum aut fictum quod fallit infrunitos. nec mancipetur munibus quemulcent mundanos. & non metuunt in noctibus tantibus tyrannis. Si solus subsistis suscipe sonorum semper suspira e.celo sauciari & quamuis misteria mittantur in mentem. es exulta & letare contemptus a cunctis. quia conditor te conseruat felicissimo feruori Predicantes profecto ueraciter si uiuant pijssimo patri. non parum pla/a\cebunt. sed solitudinem qui sustinet continue quiescens & in amoris auctoris desiderijs deductus. unum accipiet quo plane precellat quod alij eciam alti in orbe ignorant. Ergo quamquam scias multa & magna & uita sit uirescens uolatu uirtutum audi apostolum quod ipse de se sentit Omnia inquit michi placet. sed non omnia expediunt. Semper enim. debemus in quantum possumus precipuo bono adherere. multo nimirum plures sunt qui sciunt uerbum dei predicare quam qui senciant in seipsis sonum eteme laudis & archanum angelice armonie & ista duo raro aut nunquam simul in eodem.

+

inueniuntur. Nam qui officium suscipit predicacionis. circuit per uillas ciuitates & castella. Qui autem amore contemplacionis. perfecte rapitur. solus sedendo quiescere iugiter delectatur. Itaque bonum est bono predicationem esse pro salute animarum discurre. mouere fatigari. Sed melius est. securius. suauius. contemplatorem esse. eternam suauitatem presentire. delicias canere eterni amoris. & in laudem rapi conditoris per infusionem canoris iubilei. Siquis autem utrumque ~~poterit~~ adipisci. poterit tanto laudabilior esset. Sed hoc non continget nisi prius e/e\fficeretur contemplator quam predicator. Et proculdubio cum diuine caritatis dulcedo mentem ab sorbuerit. caro deficit & ulteriusiam ad exteriores labores. fortis non erit. Doceat. exhortetur suadeat omnes ad caritatem. ut uiuant in concordia & castitate. in mansuetudine. & paciencia. Studeat quoque si habeat intellectum scripturarum. & videat spiritum sanctum. se inflammantem Hec & alia plura scribere. que in publico non potest predicare. Sed nemo qui salutem suam amat. nisi sit doctus a deo. & indicia cognoscit inteme inspiracionis. tractare presumat de sacris scripturis. alioquin. errabit. nocens sibi & alijs. Qui. enim gaudere desiderat de excellencia magni nominis. amicum dei se prius faciat ne forte efficiatur magister erroris. humiles. obedientes. mites. patientes. & precipue in amore feruentes. hoc donum accipiunt. quinon suam gloriam. sed diuinam querunt. Hinc utique errauerunt multi quia propriam amauerunt exaltacionem non omnipotentis honorem. & dum supra alios e eminere estimauerant in erroribus suis obfuscati sub omnibus humiliati sunt. Igitur abicienda sunt opera tenebrarum & arma lucis induenda ut sicut in die honeste ambulantes carismatum spiritualium donis repleantur. Siue obedienciaris sit. siue solitarius unusquisque in unum summum bonum se colligat & de proximi profectu sicut de proprio gaudens existat. Siquidem solitarij quos saluator suscipit in sublime ut in se senciant odas epulancium & in secreto celico psallant subtiles in ea uocatione qua uocati sunt permaneant. non declinantes ad dexteram. neque ad sinistram & semitam suauissimam que ostenditur ipsis perambulent fideliter usque ad finem. Habent enim. optimum quod mulcet mortales & dulcius non datur uiuentibus in ualle nec quisquam concuperet morans in carne clariorem. camenam. unde hanc expertus aliam non optat nec querit concentum melodye mundane. Nam. & canor quem concipit & ex spiritu procedens. auferit quod exterius in uoce cantaret. adoratur in spiritu desipit caro. consonat cum angelis hominibus non concordia\at. Tu lector ~~in~~ intellige

Cantor stupefactus clamorem sub[ticuit] et uox pueri siluit Iterum cantore [cant] ante ut prius [perso] nuit uox aliam dulcissime & solenniter. Salue sancta par[ens]. Cantore ergo inspirante deo & persuadente consilio dilectionem. totum officium de beata uirgine & missa prosecuti sunt.

Vir quidam ualde religiosus per quoddam nemus equitans. mulierem speciosissimam ut ei uidebatur [...] unquam tam elegantis forme uidisset. se solamire [...] iuxta viam. [...] mox uehementi carnis temptatu deuotans. de carnali [peccato] cum ea loquitur. Que statim consensit vir autem ille beatam uirginem [...] dilexerat [...] totis uiribus honorauit. Memoriam igitur beate uirginis tunc faciens rogauit eam ut postquam peccatum mortale perpetrasset ante mortem de eo penitere posset. Et attollens oculos ad celum uidit totum firmamentum plenum faciebatur uirorum & mulierum intuentium ad ipsum. Quo uiso melius quam optauit exauditus vir ad [sere...] & [sac...] qui spem mulieris [app...] cum temptatione recessit.

2  
2  
Sicut lapides. forari nullum debent habere nodum uel angulum. quia sic totum edificium deturpare. sic clerici ac senes. uirgines uidue & uirgines sacre. nullam debent habere maculam. neque in uerbo. neque in facto. neque in cogitatu. neque in opinione. quia ipsi sunt pulcritudo ornamentum & uirtus ecclesie & si mali sunt totam deturpant ecclesiam~~~

Nisi precesserit pugna. non potest subsequi gloriosa uictoria. cum enim fuerit in pugne. progressionem uictoria. tunc datur uincitibus ^ / ^corona\ Si penitentia nostra crudeli miseratione minuitur. paulatim nostra corona premitur.~~~~~

non dicas me dementem. qui<sup>^</sup> /<sup>^</sup>capit\ hoc karissimus est  
 & clarus contemplator uiuens uolat ultra uisibilia.  
 & usque in voluptatem uirtuosissimam uentilatur..  
 Quippe hoc communiter. non captum a quolibet  
 nec sciunt simpliciter suaue sonorum singulisanci.  
 donec deducantur delicijs decoris & perstreperet  
 perenniter cum incolis olimpi. in me/e\lliphono melode.  
 At ardentissimamorem eterno uenustus uirtutibus  
 a ludo leuatus lubricitatis dum solitudini se  
 subdit incessanter suspiria\ans celestibus coniungi  
 ut habeat auctorem diripit hoc donum. Et inde  
 sit cautus a tumultu setrahens quiete cupita.  
 nam feruorem felicem & captum cantatum. fati  
 gacio fugat. & fugere facit ministerium mechanicum.  
 uel cursus corporalis. Hunc heremitam uocabi  
 tis ueracem solitarium similiter sane sencietis.  
 qui longe recessit ab humano aspectu. in  
 intimis intentus. & desertum expecijt. quod caro  
 non colit. nec in quo bestia balat. manens  
 in melos sine socio solus in montemirando.  
 Itaque iam mea mora mutata sedeo solitarius  
 quia dulcedine repleta est anima mea~~~~~

#### 49

i ntroduxit me rex in cellam uinariam. ordina  
 uit in me caritatem. In precedente capitulo.  
 dixerat dilectus quod amicam suam duceret in solitu  
 dinem. & ibi loqui ad cor eius. & nequis puta  
 ret solitudinem illam horrendam esse erumpnis  
 non alimentis plenam. iam innotescit illa quod  
 magna est ibi suauitas & optimi odoris ha  
 bundancia. ut & alie niterentur sequi dilectum.  
 quocumque eas duxerit. Patet hinc profecto quia  
 sponsus precessit sponsam perducens in heremum  
 ne erret. & iter ostendit. quo fugeret a fame.  
 percipietque poculum pinceme pascentis. Sed uidit  
 per uiam uirus uorantis. & laqueos leuiathan  
 x absconsos inuenit ac timens ne temptatori  
 per tales traderetur. recia ruine tutata transiliuit.  
 Armillam arripuit ambulans audacter & faucem  
 perforans maledicti leonis dentes drachonites  
 & capud confregit. Botrum baiulat quo be  
 nedicta beatur & buccas belial bachantis.  
 bellauit. sequens subtiliter ductorem dilectum ad  
 locum in quo ludat amans cum amato & fortiter  
 festinans amplexibus assumi nam in soliloquijs  
 accipiet optatum. Pertransitis tramitibus temp  
 tantis tempestuose & alloquijs euitatis

allicientis turbantisque tyranni & beemoth  
 bellantis baculo destructo. transuadatisque  
 tribulis & uepribus euulsis. ac urtica urente  
 hinc adnullata. apparet amenitas uiriditas  
 uenusta prata pululancia & claritas opima.  
 Concentus canencium concito concurrit  
 serena suauitas. se ingerit electe & animam  
 anhelans osculis au/e\toris auctoris cito sum/it\it  
 citharam laudis letabunde & in sanctam soli  
 tudinem sentit se sublatam. Ibi orat op  
 time ut habeat amatum subsistens soliuaga  
 superat supremos. & inde introducit in aulam  
 angelorum dulsinosis delicijs depasta delicat/e\e.  
 Addiscit diuinitas notas spirituales quatinus cum  
 celicolis concordet in choro. & personet pacifice  
 armoniam amoris. ulterius non attendens uocibus  
 humanis. Istam rex reficit purissimo potu  
 in cellam uinariam dignanter deducens. propinatque  
 plenissime bibulum beatum. ut capta calore ui  
 ni uernantis uoluntati uiuifici totaliter setradat.  
 Inter hanc inbuitur celesti sapore. quia uinum est  
 uirtus qua factore fruetur. cella est saluacio  
 secure sedebit & psallet cum sanctis in summum  
 sempiternum. Illabitur leticia amore languenti  
 descendit in iubilo in animam amator  
 refectio cellarij supemi odorem exalans salu  
 tifere suauitatis. amantibus auctorem. In  
 hoc desertum desidero deuote deduci ut  
 merear madere mesticia mutata intrareque  
 interius in cellam insinem & inebriari potu  
 placente & subtrahi a sensu cupidinis carna/lis\hs.  
 Velud essem alienatus & in memor mentis  
 dormiam cum domino in lectulo quem cupit &  
 libem ludifluum attactum amoris. contemplacionem.  
 carpens ex specie spiratam. Perinde protinus  
 in poculo persistens colorem concupiscibilem  
 iugiter tenebit. formosamque faciem amabilem  
 staturam ostendet in oculis eterni amantis.  
 Deinceps sedabit dileccioni ardentem & auide  
 adherens amato. dilatat desiderium ad  
 intima extensa & exposcens affluere assi  
 duo amplexu principi pulcherimo perfecte pla  
 cebit.. Sedet in cella. sanctificantis &  
 ebria ef efficitur altissimi amore. In uiniuideli/c\et  
 fortitudine firmatur. Sola sine solacio  
 nequaquam nudatur. sed uenit inuisibiliter factor  
 confortans. corque complectitur karissime canentis.

Ieronymus super ysaiam. Omnes uirtutes sibi herent ut qui unam caruerit.  
 omnibus careat. qui ergo unam habet omnes habet. Cum enim caritas sit mater  
 omnium uirtutum. in quocumque mater ipsa est cuncti filij eius id est uirtutes recte  
 fore creduntur. unde Augustinus] ubi caritas est. quid est quod possit  
 dessee. ubi. autem non est. quid est quod possit pradesse. Cur ergo non dici  
 mus qui hanc uirtutem habet. habere omnes cum plenitudo legis. sit  
 caritas. que quanto magis est in homine. tanto magis est uirtute

predictus. quanto uero minus. tanto minus inest ei uirtus. &  
 quanto minus inest uirtus. tanto magis. inest uicium. Quibudam  
 uidetur. quod alie uirtutes magis. alie minus habeantur ab aliquo  
 sicut in Iob. paciencia emicuit. in dandi. humilitas. in Moyse. mansuetudo.  
 quod etiam concedunt magis. aliquem mereri. per aliquam uirtutem. quam per  
 aliam unam. non tamen per aliquam magis. haberi quam per caritatem. Alius. autem.  
 magis. & alius minus in aliquo esse concedunt. sed nullam plenius

bibulum.

[ar]millam

[... ..]s

nota Caritas est recta uoluntas. ab omnibus terrenis. ac presentibus prorsus auersa. iuncta deo inseparabiliter & [unita igne quodam sancti spiritus] a quo est & ad quem refertur incensa. caritas semel. habita. amitti non potest. que deseri potest nunquam uera fuit.

20

De perfe[cta] caritate

Ergo introducti in cellam uinariam commediteamici & bibite & inebriamini karissimi Bibunt & comedunt omnipotentis amici. sed carissimi in gustu. inebriantur. quia sicut in domo dei mansiones multe sunt. in patria silicet diuersitates premiorum. in uno gaudio existencium. alij alijs clariores sublimiores. & deo propiores. ita & in uia quidam sunt. amici & cari christi. quidam carissimi christi. vt puta qui in presenti maxime deum diligit. profecto ad excellenciores mansionem in celestibus peruenit. Qui autem minus perfectus est. minorem meretur exaltacionem. Et unusquisque electus in suo gradu apte ordinatur nec ultra illud quisquam proficere poterit. ad quod rex ab eterno illum predestinauit. In illo ordine cum uenerit constituitur in illo gradu quamuis per magnas labores per multam pacienciam & tribulacionum perpassionem stabilitur. ad quem antequam fieret in eterna sapientia electus erat. Etenim cum conditor multos habeat filios quos amet

nota bene



quid uetat aut quid repugnat maiestati quia alios alijs plus diligit. iustiores efficit. atque in celesti regno gloriosius extollit. vnde & sponsa postquam dixerat se introductam in cellam uinariam statim subiunxit~~~

50

o rdinauit in me caritatem id est per caritatem me fecit ordinatam. & in caritate ordinata caritatiuam. vnde notandum quod sine caritate. nemo est in ordine. nec quisquam sine ordine manet in caritate. Deus enim. caritas. est & qui/e\cumque a deo sunt ordinata sunt. ergo qui non habet caritatem. nec deum habet nec ordinem seruat. mittetur. ergo. ubi est nullus ordo. sed semperimus horror inhabitat. Hinc liquet quia magna uirtus & necessaria est caritas sine qua nullus in summum gaudium admittitur. sine qua nemo saluatur. Vere desideranda. & toto corde amplectenda est caritas. qua sola in presenti spiritualiter reficimur & in futuro per illam uultum dei indefesse uide/e\re meremur. Circumuoluat eterna caritas interiorem hominem nostrum & incendat eum ignedulcifluo redigatque in aliam gloriam ac transformet in sui nature similitudinem quodammodo deificans illum. vt absorpta substantia spiritualis feruore increato & sonoro iubilo

inter temptationes permaneat inflexibilis. in tribulacionibus stabilis. quam nulla blandimenta. nulla pereuntis prosperitatis affluentia a gustu desiderati amoris deciant. nulla odia. nulla inuidia. nulle prorsus aduersitates frangant. Sic nimirum ordinatam habet caritatem & caritatiuam ordinem. dum toto corde tota mente tota uirtute deum nititur diligere. & proximo suo sic sicut sibiipsi bona spiritalia & corporalia non cessat adoptare. Ordinatus igitur. amor hic est ut creator semper & ubique omni creature preponatur. incomparabiliter magis quam omnia diligatur. & illi soli seruiatur. Quia si in nobis ordinata est caritas potius nosmetipsos & totum mundum peremittere sineremus quam deum nostrum omnium conditorem semel offenderemus. Deinde diligenda est anima nostra. ita uidelicet quod cicius deberemus uelle corpus nostrum & omnia bona corporalia amittere quam mortaliter peccare. In mortali namque flagicio anima a sua uita occiditur. & nisi per penitenciam ante mortem reconciliata fuerit. post mortem eternaliter punietur. Hoc modo amanda est omnis rationalis anima tam amici quam inimici. tercio diligenda sunt corpora nostra. plusquam bona nostra & minusquam anime nostre ut sustententur sustententur silicet pro seruiicio dei. & famulentur spiritui. Quarto diligendi sunt amici. & benefactores nostri. ut eis uicissitudinem rependamus. si possumus alioquin. laboremus pro eis orando. ut recompensentur in futuro. Quinto amandi sunt inimici nostri. ut pacienciam erga eos habeamus equanimiter illorum persecuciones tolleremus non excitemur ad retribucionem mali sed potius deprecemur ut indulgenciam non uindictam a deo mereantur inuenire. Itaque nichil amemus nisi deum propter deum. & omne quod diligimur & diligimus. ad deum fontem dileccionis referamus. ut quemadmodum ipse omnia propter semetipsum. fecit. ita & nos. ipsi per mutacionem configurati omnia propter ipsum ipsum faciamus. Igitur ait ecclesia. ordinauit in me caritatem. quia quamuis una sit in caritate est tamen diuersa in ordinacione vnusquisque enim in suo ordine assumitur. & secundum amoris gradum in celesti sede gloriatur. Et sicut in ecclesia triumphanti nouem sunt ordines angelorum. ita in ecclesia militanti inter dei seruos possunt distingui nouem gradus dileccionis. In celo autem quanto deo propiore/e\s sunt tanto in amore ardenciores existunt. Sic sancti in ecclesia quo minus secularibus & exterioribus.

21



h[...]  
nota bene

tercio

quarto

quinto

deinimic[os]  
diligendo

Nota. vnde cum mulier nobilis beati eusebij martiris pulcritudine capta. clam uellet eius lectum adire. tota nocte per plateas urbis circuiuit. & ad eius cubiculum custodientibus angelis peruenire non potuit. Vnde in crastino pedibus eius peruioluta quia ueniam petiit. crimen quod cogitauerat coram illo confitebatur.

caritate. que ceteras gignit. Hasque dicunt multas facies quas memorat apostolus dicens. Ex personis multarum facierum. Alij uerius dicunt omnes uirtutes et] simul pares esse inuicemque sunt ut qui in una alteri par extiterit in omnibus eidem equalis sit. vnde Augustinus virtutes. que sunt in animo. h[umano] quamuis alio & alio modo singule intelligantur nullo tamen modo separantur ab inuicem ut quicumque fuerint equales in fortitudine equales [sint et] prudentia. & iusticia. & temperancia. Si enim dixeris esse equales istos in fortitudine sed illum prestancior prudentia. sequitur & eius fortitudo [minus] prudentia sit. ac per hoc nec fortitudine equales sunt. quia illius est fortitudo prudentior atque ita de ceteris uirtutibus inuenies si ead[em] consideratione percurras] ex hijs clarescit omnes uirtutes non esse modo comexas. sed pares in animo hominis. cum ergo aliquis amodo preminere uirtute dicitur ut Abraham fide] secundum usum quod exteriores accipiendus est. uel in comparacionem aliorum hominum quia uel humilitatis habitum maxime prefert. uel opus fidei [uel] alicuius ceterarum]

.negocijs occupantur eo liquidius in diuinum amorem rapiuntur. Spontaneus profecto pauperinuisibilis uite gaudijs speculandis se liberius tribuit qui de uisibilis uite necessitatibus se minus interponit. Sed cum loquamur de ordinata caritate. uidetur potius quod debeat esse sine ordine. sine mensura. sine gradu & sine modo. Quem enim. ordinem aut modum ipse deus in amore posuit quando setotum pro nobis optulit & se a. toto nostro amari precepit? Ipsi autem debemus omne quod uiuimus. quod scimus & quod sumus. a quo accepimus quicquid boni habemus. Ergo optimus est ordo caritatis quando sine ordine est. gloriosus est gradus amoris. qui est sine gradu & laudabilis modus sine modo. Nolite fratres mensuram ponere. in diuino amore. non enim. est amator uerus. qui in diligendo deum metam sibi facit. Sed omnia uincat amor. semper & assidue magis ac magis proficiat. & quamdiu uiueritis ad alciora se extendat. Nunquam putetis quod in summo existitis. non enim. potestis deum sicut dignus est diligere. & quantumcumque amaueritis ~~ad~~ adhuc inuenientis in celo tam ardentes uel ardentiores in amore. Intelligite ergo. quod de creatura diligenda preceptum cum modo datur. ne factura conditori uideretur equiparari. sed in mandato dilectionis dei modus excluditur. ut aperte/e\ insinuetur. quia ubique continue. usquequaque semper & ex toto christus diligitur. ut uidelicet amor noster in deum sit. flagrans uehemens. estuans. ardens. uiolentus. impetuusus. inuincibilis. inseparabilis. singularis. totum hominem ad se trahens. totum in se ipso triumphans totum in eius seruitutem redigens. Denique dileccio quando delicata est & delicijs deducta audax est. & inuerecunda. in amato se iugiter figens amore incessanter languens. cuncta que non iuuant ad illum contempnens. sine ipso nulla prospera fieri posse putans cum ipso nulla tormenta formidans. Hec est dileccio que fortis est ut mors & emulacio que sicut infernus dura est quam non poterunt aque multe extinguere nec flumina obruere. Ecce caritas perfectorum. ecce amor uere amicum. in hoc siquidem sancti suum gaudium ponunt suum desiderium indefesse figunt. amare cupiunt. & omne quod sapiunt. sciunt & agunt. amori commendant. quia fortis est

.ut mors dileccio. nam usque ad mortem sibi non parit pro amato. Mors omnes perimit. uerus amor nullam contrarietatem in animo uiuere permittit. & mentem quam perfecte inuoluit suauitatem. occidit penitus ab omni terrena cupiditate. Ergo fortis est amor qui omnia superat. etiam ipsum deum insuperabilem & incomprehensibilem in se ligat. Fortis plane est ignis amoris & ualida ualde uirtus caritatis. cuius incendium mentem purgat. carnem temperat. petu lanciam domat. libidinem refrenat. uicia absumit. rubiginem exurit. luctum in leticiam uertit & omnes spirituales uenas mira consolacione perfundit. Tribunal etiam regis preparat tronum trinitatis adornat. ingressum facit. ianuam aperit. apertam ab alienis custodit. O. bona caritas. quam cara est bonitas per quam omnia bona nobis eueniunt. & sine qua nulla salutifera bona haberi possunt. Hec sustinet sedentem. letificat tacentem. delinit merentem. subleuat orantem. indulcorat meditantem. pascit contemplantem. inpinguat canentem. & docet scribentem. non errat qui hanc diligit. recte graditur. qui illam custodit. Miror quippe de nonnullis. qui uideri uolunt se mundum reliquisse & tamen ad diuinum amorem desiderandum. modico uel nullo conamine mentis assurgunt. & in ocio agitati ad omnem uentum temptationis cedunt. Hij assimilantur harundini uento agitate in deserto. Quia dum religionis habitum assumunt. oues exterius apparentes. & interius feruore fortis dilectionis non affecti quid aliud recte dicantur. quam harundo. que in oculis intuentium solidum apparet. & intus omnino uacuum inuenitur. Summa igitur insania est. parentes & propria relinquere honorem mundi & diuicias fugere. habitum mutare. monasterium uel solitudinem ingredi. pauperem fieri. & non totum cor. omnesque mentis affectiones. animi cogitationes ad deum dirigere. & in eius solo desiderio estuans eius amorem & beneplacenciam infatigabiliter exorare. Si delectaciones terrenas deseris. celestes quare non cupis Cur tepide uiuis. in monasterio & non potius sic uixisses in seculo. Tibi enim minatur dominus dicens. utinam esses frigidus aut calidus. sed quia tepidus & nec frigidus

nota



[uirtu]tum precipue exequitur unde & ea alijs prepollere & inter alios homines singulariter excellere dicitur. secundum hunc modum scilicet secundum rationem actuum exteriorum. Augustinus enim in epistola. ad Ieronimum dicit. in aliquo aliam magis esse uirtutem aliam minus & unam esse uirtutem & non alteram. Ait autem sic Clarissima disputa cione tua satis aperuit. non placuisse auctoribus nostris. immo ipsi ueritati omnia paria esse peccata. etiam si hoc de uirtutibus uerum sit. Quia & si uerum est eum qui unam habet omnes habere uirtutes & eum qui unam non habet nullam habere. nec sic peccata sunt paria. quia ubi uirtus nulla est. nichil rectum est. nec tamen ideo non est prauo [prau]ius distortoque distortius. Si autem quod puto uerius sacrisque litteris congruentius. ita sunt anime intenciones ut corporis membra. non quod uideantur locis. [sed quod] sentiantur affectibus & alijs illuminatur amplius. alius minus. alius omnino caret perfecto. ut quisquis illustratione pie caritatis affectus in alio actu magis et alio minus in aliquo nichil [sic] dici potest habere aliam & aliam non habere. & aliam magis aliam minus habere uirtutem. nam & in isto. maior est caritas quam in

nec calidus. incipiente euomere ex ore meo. **Intellige** sententiam & pertimesce uindictam. Melius esset tibi in mundo remansisse frigidus quam intrasse religionem & non habere feruorem dilectionis. Te igitur tepidum sicut in caritate non ardentem. ex ore tuo euomere incipiet. ~~quia~~ quia nisi erexeris te in amore eternum tota diligencia sicut uouisti ociositate & torpedine destructis corpus & animam in infernum perdet. Proinde solerter agendum est ut quemadmodum in exterioribus uestimentis. a secularibus uiris diuisi sumus. ita & in mente & in accione ab illorum conuersatione longe distemus. Non. enim uocauit nos christus ab illis. ad ocium & sompnolenciam. sed ad sanctam meditationem & assiduam orationem & ad opera spiritualia uiriliter & sine ficcione exercenda. Vt perfecti simus cogitatione & opere. uehementer inardescites. diuina dilectione. Et precipue studeamus tota ui qua possumus in dulcedine refici supeme contemplacionis quam potissime christus in dilectionis suis diligit & ad hanc habendam desiderandam inquirendam. mirabiliter hos accendit. Pastum hunc profecto sustentant sanctos a sceleratis actibus psalmista mensam appellat. Parasti inquit in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Mensa nimirum mirifica & delicias plena in qua cibaria sumimus delicatam in ardore eterni amoris uiuimur. & canorum gaudium delitus degustamus. Hijs utique epulis inpinguatur in oleo caritatis capud nostrum. mentis uidelicet eminencia usque ad carmina cantabilia capitur & in aliam formam transmutatur. Vnde & calix noster. animum inebrians. ualde preclarus est. Quamobrem misericordia tua domine subsequente nos omnibus diebus uite nostre. inhabitabimus in domo tua in longitudinem dierum. Illecti igitur dilectione dulciflua que nunquam excidet. atque beata spe confortati & suspicientes effecti toto posse contemplacioni sancte corda nostra / nostra\ prebere non cessemus. & uilipendentes potestatem presentis pompe. quia qui hanc portant putrescunt in piaculis & cito ab omni solacio separati in profundissimum puteum precipitabuntur. Vbi utique penis proiuncti nunquam

a captiuitate consurgent luentes in luctu. sine laxacione ludos quos laudabant. dum incorruptibili carne concessum erat eis tempus in quo uiuerent uirtute & uiciorum uetustatem euacuarent. Proinde quia non nitebantur. iniquam ymaginacionem ab animo auferre & molliciem quam mulieres inmittunt. penitus propulsare. sine dubio deum. non diligunt & principum populorum preces frustra fundunt. Quoniam nisi cor a carnali curiositate conseruent & mentem a macula malicie mudent medulitus. quatinus puri in pectoribus caloris increati consistant capaces. Audeo hoc ostendere quia non collocabuntur in consorcio canencium coram conditore in suauissima symphonia. neque scient in seipsis sonorum subtile nec saporem celestium aliquando accipient. utpote peccatores qui pro pulcritudine prestigio plena putredini pessime se impudenter protulerunt. Sed quia sapientes solacium seculare. a gustu gaudij quod non grauat perseuerans potius sine prauitate & a dulcedine quam deus dat indesinenter desipiunt. & modicum quod emollit masticantes longum lamenabile pro sua lubricitate luunt. Quippe qui a christo corripitur. ut non cadat in contagium carnale nec descendat indesolabilem dilectionem. continue consolatorem cunctipotentem concupiscit. ut quandoque conspiciat calefactus in caritate. consummatorem ihesum. qui fenestram fidei in altis aperiat. per quam in archana olimpi ouans intueatur. hoc interim habebit adiutorium. qui in speculationem specialitatem. subleuatur. ut feruens fiat factori suo configurari & feliciter frui in fine dulcore qui nunquam delebitur. ac comportari per contemplacionem in canticum omnibus mortalibus admirandum. donec detur indefesse quousque desiderauit deum diligendo. & reueletur ei regnum regum reppromissum & refrigerium recuperet in refecione cum regibus requiescens in sempiternum  
[sine remotore]

c aritate igitur ordinatam assumit electa anima. quam amator inspirat eternus ut ita utique in ordine existat quod sine meta mensu

illo. recte possumus dicere & aliqua in isto. nulla in illo. quantum pertinet ad caritatem que pietas est. Et in uno homine quidem quod maiorem habet pudicitiam quam] pacienciam. & maiorem hodie quam heri. si proficit. & ad huc non habeat continenciam & habeat non paruum misericordiam. Et ut generaliter breuiterque complect[ar quam de uirtute] habeo nocionem. uirtus est caritas qua id quod diligendum est diligitur. Hec est in alijs maior. in alijs minor et in alijs nulla est. Plenissima uero que iam] non possit augeri. quamdiu hic homo uiuit in nemine est. Cur non dicantur. paria peccata. forte quia magis facit contra caritatem. qui grauius peccat minus qui] leuius. nemo enim peccat. nisi aduersus illam faciendo. que est plenitudo legis.~~~~~

[proverbia]. Qui detrahit alicui ipse se in futurum obligat. [bernardus]. omnibestia bestialior est homo.

[Duo sunt que obsistunt [oracionibus nostris ne] audiantur a. deo. incorrectus scilicet & permanens error. & spe inpenitens. error enim nunquam ueniam [promeretur sed] qui ab eo [... absoluerentur]. cor uero inpenitens. in spiritum sanctum peccat quo populus dā in vnum congregatur. vnde Ieremias id est non obsistas michi. quia non exaudiam te.

rationis amore flammeat. Porro qui precipue pergit in perfectionem. plene non potest pertransire hoc erumpnosum exilium. absque peccato. quia. <sup>omnes in aliquo offendunt. non tamen a iusticia id est euacuant</sup> egeruntur. in gentilitatem. nam ardor qui ipsos e/e/xurit etemi amoris ad nichilum redigit repagulum rubiginis. & omnem absorbit iniquitatem ab oculo omnipotentis. ut ordinata in amore appareat anima que auctorem amabat. Ignis autem eternitatis in animum ab empyreo infusus. agit in hoc utilissime. ut non solum secludantur scelera superbicium & malignancium inmundicie eliminantur. sed & ut psallat intrase supernum secretum & per spiritualem iocunditatem. odas accipiat amoris ampliati in sonocelico cum cithara suauis. Verum uinculum uirtutis. uiros uirtuosos in leticia ligat. limpide illuminantis ut non libeat eis amē/o\do in labinam luxuriantium labi. nec concupiscere carnaliter uanitatem quam uiderunt. perquam peccantes qui in illam anhelabant iam abducti sunt a salute sempiterna in lamentacionem. que ~~nunquam~~ nunquam letificabitur. quia ruentes irremediabiliter palacium paradysicum perenniter perdidit. Hijs itaque errantibus. & in errorem alios insipientes attrahentibus qui ea amant & que penitus euanescunt ac cito transeunt & amatores suos fallunt. michi denique christo adherere bonum est. & ponere in domino deo spem meam. non in incertitudine diuiciarum. non in fluxu carnalium desideriorum. non in uoluptate/e\ uenenosarum delectacionum Quatinus concalcans cupidinem nociuam curram constanter in carmen canoris. ac dum mens moderatur munere melodys in laude letando fortiter festinem ad festum futurum ut floream feliciter coram factore feruenter fundatus. Siquidem hoc sencio sanum & salubre. cum stultis non sterni in limo profundi. ut tempestastene brosa temporis terminantis. pro dolore quem non dolui non me demergat. nec absorbeat me amaritudo impijssima quam amantes inmundiciam amabilem autumauerunt. & dulcedinem dicere delectabilem ut illaqueant insipidas non erubuerunt. Perinde patet quod non predestinantur. ad pacem pulcherimam perfruendam. nec aliquando assumuntur ad resonandum almiphonum

amoris cum hijs qui in aula existunt imperatoris quia in piaculis perfide permocant & non respiscunt a reiciaculis ruine. dummodo auram habent ad aspi randum aut anhelitum in ore. quo auaricie inhient. & incontinenciam compleant quam concupierunt. PPropter quod hij qui in malicia sua morantur. & affectum offendendi deum per illicitam dileccionem non deserunt. donec destruantur. domus in qua cum dolo deducuntur. & a carcere carnis. commaculose capiantur. merito sine miticia mittuntur in maximum merorem. & penis in perpetuum perdurandis subiciuntur. qui in uicijs semper uolulari uoluerunt. si ad hoc potenciam percepisse potuissent. Aspiciens autem hec & huiusmodi. rectissime refutarem cum reprobis in hac breuitate uite ruinosae releuari. quoniam & si exaltantur. in istis que uana sunt & decipienda dilectores suos in illis tamen eternis rebus in quibus ueraciter uegetantur. uiuentes in uirtute ueritatis non habebunt hereditatem. nec mansi onem mirificam. quia hanc pro momentaneo emolimento mutauerunt. Igitur intentus in internis & tradens temporalia obliuioni utili. niterer nimirum nodari in nobilissimo nexu. dileccionis diuine que non deficiet. nec unquam desinet dilectos dulcescere cum summa suauitate. Sic sublati in celicam sonoritatem delectacionem. quam degustant delicate degentes. dixi demenciam quia deicit dilectores suos. usque ad dolorem demoniorum. quamque non temperati. sed tyranni tenent. & ideo sine termino trucidabuntur. inter tormentantes qui ipsos temptabant. In hac utique intencione existens suscepi solacium singulare ut non sederem cum consilio uanitatis qui in uicijs uolunt uacillare. neque lapsus sum in leticiam ludencium qui a luto leuari non laborabant. sed potius hoc putauis in posterum profuturum quando peruenerim ad portam paradisi. ut retineam rationis rectitudinem & operer secundum illam. dum habito in hoc orbe. carnalem conquassans concupiscenciam. & in claram consurgens caritatem ac nequaquam cooperiat me calamitas. que cunctos confundit qui in mundo manserunt. sine mansuetudine & magnificencia milicie memorande. Quippe quem non cogito corrumpere nec corumpi eciam cum iniqua gerentibus

Ambrosius] Ciuitas dā illa ierusalem celestis non meatu alicuius fluij terrestris abluatur. sed ex uite fonte procedens spiritus sanctus. cuius nos breui [sac]iamur haustu. in illis celestibus spiritibus redundancius uidetur. effluere pleno .7. uirtutum spiritualium feruens meatu. Si enim fluius riparum editis superfusus exundat. quanto magis spiritus ommem. supereminens creaturam. ut nostre me/e\ntis archana tanquam inferiora perstringat. celestem illam angelorum naturam effusore quadam sancficacionum ubertate letificat. Hijs autem sancficacionibus significatur plenitudo .7. spiritualium uirtutum quas. enuerat. ysais. Est sapientie. & intellectus. consilij. & fortitudinis. sciencie. & pietatis & timoris domini. Vnum ergo flumen. sed multi spiritualium donorum meatus. Quamuis modo. multi dicantur spiritus. vnus est tamen est dei spiritus siue libertatis arbiter auctoritate uoluntatis diuidens singulis. hec. dona

introire non intendo. odiui utique ecclesiam  
malignantium & cum impijs non sedebo. ut non  
consenciam sicut impietatibus suis. nec  
dolositati quam ducunt dabo defensionem.  
quatinus carnalitatis conterens colloquium &  
dilectionem declinans deceptoriam. ascendam  
in habitaculum admirabile & in altitudinem  
amoris eterni. usquequaque inherens afflu  
encie auctoris. nullis mundane malicie  
contagij conglutinator~~~~~

## 52

c cce omnis habitator in hoc emispeño  
quia caritas qua conditori conplacemus  
est consummatix cunctorum que ordinate aguntur  
in ecclesia. & diuersos disponit in acceptabilem  
unitatem ut plures persistent in una pace  
qui tamen non sunt pares in perfeccione.  
Quamobrem constat. quod caritas est copulatrix  
carorum & nexus qui omnes omnes bonos  
angelos. uidelicet & homines sanctos in eodem  
nectit nitore. qui infallibiliter ante fa  
ciem factoris fulgebunt sine fine. atque  
concordatrix litigantium. adunatrixque uniuersorum.  
qui saluacionis celestis sencient subleuamen  
Per hanc profecto in cornu castitatis uiciorum  
uentilamus uilitatem & infestationem inmundorum  
spirituum subicimus nobis in nomine ihesu. nam &  
martires christi constantes in caritate. penas  
tam acriter pungentes spreuerunt. quia per hanc  
peruenerunt ad palmam. & uictoriam optinuerunt  
ab inimicis iam in claritudine coronati. Et quidem  
quamuis sancti uicerunt per fidem regna operati sunt  
iusticiam. adepti sunt reuersiones non est pu  
tandum quod sine caritate quisquam aliquid boni  
egerit. quod deo acceptabile sit. presertim cum  
paulus perfectissimus predicator pronunciet caritatem.  
excellenciore uiam. quam si non habeat. licet  
omnia mysteria nouerit. & omnem fidem & prophetiam habuerit  
nichil se fatetur. Pro inde & perpendendum  
est. quod scriptura proclamat iustus ex fide uiuit.  
denique non dixit. impius. ex fide uiuit. quoniam  
quamquam plerique peccatores habeant fidem ihesu christi. non  
tamen in ipsa uiuunt. qui per peccata inter mortuos  
deputantur. quia fides que sine operibus bonis  
mortua est. neminem nisi. mediante dilec  
tione in uita spiritali conseruare potest.  
Iustus autem omnis est qui deum & proximum diligit.  
qui etiam ex fide uiuit. nam quomodo quilibet  
inter mundanas uoluptates positus ab hijs se

abstinere satageret. nisi gaudia suprema &  
delectabilia maiora se posse pertingere crederet.  
& infelici speramine speramine per caritatem  
constitutus potiora quam hec infima. celestia.  
sicut perenniter permanenda uehementer af  
fectaret. Itaque in hoc exilio ex fide uiuitur. dum  
ex magnitudine fidei transitorijs iugiter eterna  
preponuntur. Verum & non inuigilanter opponeret  
aliquis ex hoc argumentans quod assumptum  
est. qualiter exaltarentur humiliati in hoc  
mundo & despecti a diuicijs qui sine cibarijs  
sufficientibus in dolore deducuntur. per mag  
nam mendicatem in miserijs sine mensura  
morantes quando constat. quod inter homines plures  
sunt pauperes. qui quamuis sciant quod uoluptuosam  
uitam habere non poterunt. illam nichilominus con  
cupiscunt. Ergo angaria existit. undique.  
perit diues quia delicate se ducit in deli  
cijs. terrenam delectacionem anteponeans gaudio  
diuini amoris. perit & pauper in merore mag  
no dum & presentibus afficitur erumpnis & tamen  
non detrudit uoluntatem peruerse & inordinate  
cupiditatis. Quid. enim differt. inter eos a  
quibus. quasi exadipe prodijt iniquitas & transeunt  
in affectum cordis. & eos qui exterius mendi  
citate & scualore operati sunt. & interior in  
malis desiderijs agitari delectantur. cum apostolus dicat.  
consencientes & agentes pari pena puni  
untur. Responsum igitur ad relata reducimur.  
scientes sane quod non parcat christus peccatoribus  
cum ante ipsum presentantur. cuiuscumque sint  
condicionis. uel status. siue pauperes siue  
potentes cunctos communiter. qui in conta  
gijs conglutinantur confundit & captiuitate  
incurabili conquassans a paradysicis qui  
pulcritudine spiritali pollebant propulsat  
in pelagum penarum & in tenebris tor  
mentorum iubet eos iugulari quia ad lasci  
uiam & ad ludos lubricos frena laxare  
uoluerunt. Verumptamen uerisimile uidetur.  
quod mendici si non murmurent contra ma  
iestatem & punicionem quam in paupertate  
paciuntur. portent sine peruersitate. quod per  
pressuras purgantur. in hoc presenti a piaculis  
& spurcicijs que secundum carnem contraxerunt.  
ut postquam ab hijs doloribus discesserint  
suscipiant in celestibus refrigerij sedem  
& beate requiei refeccionem. Quid enim  
habet pauper nisi ut pergat. ubi est uita.

in angelis nunc sunt & in animabus sanctis. & in nobis erunt in futuro. ~~sed~~ sed non habebunt hec officia que nunc habent nec hos us[us]. Verbi gracia: timor filialis]  
modo me facit timere ne offendamus quem diligimus & ne separemur ab eo facit. enim nos reuereri eundem. In futuro uero faciet nos [reuereri quando non timebimus]  
separari uel offendere. Non ergo metus separationis. uel offensionis nunc est in angelis uel animabus sanctis nec in nobis erit in futuro. [sed reuerencia que est mixta]  
cum obiectione. dileccio etiam in christo fuit. sicut apostolus loquens de christo ait. qui exauditus est pro sua reuerencia.

[Hinc tibi Iesu iubilans laudes soluo iugiter qui] me *minimum* & *miserum* dignatus es *inmiscere* mellifluis ministris qui [modulos melodie ex spiritu emanant. Agam gracias quia confo]rmem me fecisti canentibus *preclare per claritatem* consciencie in *animo* ardente eterno [amore dum amat et estuat incendio. Multa sunt munera mirifica ac magna *sed nulla sunt talia*. intervie dona *que tam* care confirmant spem speciei [inuisibilis uite in animo amante aut] que sic *sedentem consolantur*~~~~~

nota /hic\ de pauperibus sanctis

amandum. /&\ pas[cendum]

 Erumpnam utique habet & angustiam in hoc exilio & omnes dies eius miserijspleni sunt. ~~desere~~ deserens ergo hanc inopiam. deducetur ad delicias domus dei & regnabit cum regibus. quia seipsum recte regebat. tanto ampliore inter angulos honorem accipiens. quanto ab hoc mundo magis despiciebatur. Sane sufficit ipsis egenis ad saluacionem. immo & ad altum ascensum in aula eterni regis/s\ quod non inordinate anhelant opibus hominum honorari. nec copulari cupiant. carnalibus curis que castitatem calcant. neque ditari desiderant. aut epulis habundare quibus impij utuntur. impureusque i ad interitum & ~~postea~~ ~~quam~~ posteaquam inuoluerint se in uoragine uoluptatum. doloribus indesinentibus degluciantur. Nimirum & ne/e\que pauperes parent pectora sua ad aliquam peccati putredinem percipiendam. sed excludant a consciencijs suis. omne quod est odibile in conspectu conditoris. & inde erit ex intencione immaculata qua eternis inherent epulacionibus. quod quamuis quandoque appetant habere quod non habent. in hijs silicet quibus necessario mortalium caro ad sanitatem subsistit non p propter hoc peccant. nisi in desideria dampnabilia declinentur dummodo sine dolo degunt. & uoluntati uiuificantis se continue conantur conformare. Profecto & plerique possidentes pecunias ad paradisum pertingunt. qui deo deservire desiderant regentes semetipsum & de se retinentes secundum rectitudinem rationis. & diuicias quas dedit eis deus digne dispensant. pascentes pauperes qui penuria premerentur. quos ex pietate christus permittit puniri leuiter. ut a. longo luctu leuentur. ad sempiternam suauitatem. Denique diuites iniurias non ingerant aliquibus sed opitulentur omnes quos inpotente/e\s estimant. & debiles educant ad domos suas consolantes eos de bonis suis. infirmisque faciant felicitatem nemini nocentes sed precipue studentes semper prodesse. Omnino autem sicubi sanctos sciant serene suscipiant honorantes in omnibus sine onere quemadmodum quis amicum regis reuerenter reciperet. cui negocium magnum instaret. nam cum deficiunt ista que hic habent. possunt sancti ipsos recipere in eterna tabernacula. qui se in suis transitorijs habitaculis sustinuerunt. &

pauerunt. Etenim sancti pauperes potestatem habent claudere celum cunctis qui sibi constiterunt contrarij & deiciebant eos a domibus suis nec dabant eis unde pascerentur. atque percipient principatum a protectore. ut possint aperire portas polorum. ipsis qui sibi suam sustentacionem oportune optulerunt. ut honorificentur. in altis in eternum qui ipsos indigentes amicos omnipotentis in hijs imis amauerunt. Porro imperfecti pauperes qui non uoluntate. sed quasi coactione in exteriori inopia & uestium utilitate uiuunt. licet non habeant pecunias. predia. & possessiones que relinquunt pro sua reparacione ad requiescendum in regno. tamen non currant in cupiditatem nec estuent aliqualiter in istis terrenis que transeunt nisi dumtaxat ut teneant tranquillitatem. sed offerant semetipsum hostiam sanctam deo placentem in odorem suauitatis. & sine dubio demum inter perfectos per pauperes deputabuntur. quoniam non respicit deus quantas sessiones & diuicias quis deserat: sed quanto affectu terrena contempnendo celestibus desiderijs inardescat. ut innocens manibus & mundo corde ascendat in montem domini. & simplex sine superbia fidelis sine fictione. pacificus polo properans supeme capiatur contemplacioni. Postremo si possessor plurimorum arbitretur se licite posse uti habundancia quam accepit. & diuicias suas defendere a destructoribus dum ei demorari non denegatur in hoc periculoso progressu: uideat uigilanter ne ipsis in hereat cum amore inordinato. aut sapiat eas plus quam oportet sapere. ne delibutus delicijs. diuicijsque debacatus per temporalis prosperitatis dulcedinem aduersitatem habeat amaritudinis eterne. Proinde penset hec que panguntur & potius preparet se ad paciendum pressuras in presenti non desiderans delectacionem diuiciarum nec uolubrum uoluptatis sibi uendicans sed sobrius sistat a seueritate continuam continenciam conplectens ut clarus in consciencia percaritatem & suauis amota omni morsione. securus ab hac



ut non cadat in contagijs nec malo moveatur  
mentem emittens in montes munitos.  
ut ibi medullitus in melle m/i/rando interim  
moretur. Septem sunt columpne quibus  
cara constabit & corruet nequaquam splen  
dida structura. Laudabilis lucebit le  
ticia elapsa sine liuore. quippe carismata  
que columpne clamantur conditor confir  
mat castissimo in corde cuius claritas est  
caritas carne calcata. Me domuit di  
leccio dulcedinis durantis. ut uana  
euacuans uernarem uirtute. uilescit  
uoluptas que uiscat uiuentes & uo  
rat uiciosos. uilissima ueste. Hoc fuit  
fideliter nam floreo feruore & falsitas ac  
furor funditus finitur diuinitasme detulit  
a dampnis doloris & ducor dulcissime in domum  
datoris fauore feliciter fruens flammante  
in fine factoris & lusus non libet ludi  
letantis qui labitur latrine. ac iuuenis  
sic iocus iacet ingenter in genere iocundo  
& risus qui recipit repente ruentes. rui  
na reputatur dum geror in iubilo. quia amore  
languo. Oculus amantis aspicit electam.  
dum prospere procedit in specie placente. ani  
mum inclinat ad ipsam amandam & cito  
descendens in signo suauis uisitat uo  
lentem uolare ad uitam. hanc diu dul  
cessens ut diligat deuote mentis mo  
destia sine merore muneribus munita. & tandem  
transcendat temporalem terrorem & turbida  
terrenitas a. se terminetur que tenet se  
tranquillum. Patet profecto pacis prosperitas  
in corde curato dum prorsus sic precinit  
delicias dulcoris dilectionis & plane pronun  
ciat altissimum amari semper dum sustinet  
sedere securus. clamitans continue  
carnem compesci. cupereque christum constan  
cia cordis ut habeat amplissimum amandi  
affectum sicut ipse iam amans affluenter  
accepit qui ait. Audite. Amore languo  
Rapior reuera amenissimo amore. langor  
ac lustrat modum mentalem. canor conti  
nuus cordis complectit. cantum conamen  
nec seculare quid sancio quod fallit  
fauentes & tentus interius speculor  
speratum spretis spurcijs per spiritum  
spirantem. ac celum suspiciens ut suble  
uor saluti. & uideam ueraciter quem diu

desidero quia amore lan[gueo succensus]  
subsisto superno sapor[e & sancio suauiter]  
salutiferum insigne solacio sonoro uror]  
interius agnosco amorem [ignis olimpi]  
animam incendit. nec cupere quid queo preter]  
christum quesitum tam deu[ote detineor]  
dulcedine diuina. O. ihesu [iustissime ingenium]  
iocunda. ueni qui uiuifica[s illabere lan]  
guenti en uulneror nam uiscer[a amore]  
ardescunt. aperta est ianua anime am[antis tui quia]  
qui temperas aduentum expe[cto & mor]  
tem non metuo. sed mallem quam [mundum]  
ut graderer cum gaudio qui amore [languo]  
Lacesco a lubricis languens in lu[men]  
& lenitas lentescit que ludos laud[auit]  
iacet iuuentus que iocis se ges[sit]  
in palloris portento. nec paret pue[llis]  
pergentibus impure. sed sedet silenter  
suauiter suffultus in celico secreto  
mundanum amittens langori. laxatur.  
~~pro~~ pro urente amore. Ecce amator q[uem]  
amo ardenter permirifice immutor in me[n]te  
per melos. tuum me solacium sauciat seren[e]  
& superat superbiam sapienciam celestis suf  
focans singultum ut perstrepem cum pijs  
suauissimum sonum. Amor me arripit  
ad unum aspectum. ligans ludiflue. ut  
aliud non amem. huius uinculo uirtutis  
nudus innodor. quod nemo nimirum soluere  
ualebit. sic stringor iam strenue in car  
mine canoro. Siquidem sepiissime suble  
uor ad summa. estum excipiens manentis  
amoris moror immobilis & morior amore  
tam magnus & mirabilis multiplicat  
in mentem mentem misterij munimen  
quo gaudeam in gracia langore laborans  
O. dilecte dulcissime tibi soli suspiro te peto  
te deprecor non deneges. hoc dare. medere  
tu mei. medicina mestorum. & unitas  
nos habeat in aula olimpi ut cito ~~sa~~  
seperer a seculo insani. & ducar delicijs  
uiuifice uisionis. Pulcritudo perennis  
penetrauit pectus & puritas pacifica  
purgauit placentem ex specie prepollens  
te perferor pergendo ad pastum polorum  
& finior feliciter iubilans iocunde nam  
ihesus me gerit. supra gementes~~~

[Parum putavi proficisc]ens ad pacem ut re  
[quies recederet quam] caro cupiuit quando  
[refeccio regalis me ra]puit reuera ultra hu  
[mana que oracul]um hoc altum minime assumunt.  
[ut caperer curr]endo concentui canoro. &  
[debrier dulce]dine decoris diuini. Quamobrem  
[continue christo] conspiciens clamo quemadmodum  
[quis a lon]ge laborans & protinus prostemitur  
[impurita]s perturbans unde hoc accidit. in  
[mente] amante. quod clare consurgo in  
[cantic]um carorum. & ad finem feliciter cum  
[feruor]e festinans liquidus eleuor letifi  
[canti] langore ligante perfruens factore.  
[sic f]unditus affectus fio ut philomena.  
[que] concinens continue ad mortem in  
[m]elos diligit dulcissime quia hec moritur  
[m]elum amando & mesticia amati deducta  
deficit ut dicitur pre dileccione. Languent  
sic siquidem uiscera uirorum qui uadunt in hac  
uia per callem amoris. & caritas creantiscrescit  
mat in corde. ac melos mellifluum mentem  
demulcet. auribusque intrinsecus organum re  
sultat laudantium deum. Dilectus non desinit  
diligere deuote mentem non mittit a misterio  
mirando quod manet ut mel a monte inmis  
sum in animam amantis. ut ardeat & estuet.  
interius ingenter per arram amoris in omnium auctorem.  
Quippe hoc comperi dum currere cupiui in iubi  
lum iustorum & carmen canorum accipere optaui quod ar  
dens amator amori effusus ihesu iocunde  
se/e\mper non cessat. subsistere sanctus. dum uigilat in  
uita. aut canit. aut cogitat. aut feruet.  
fideliter ad faciem factoris. eciam cum loquitur  
persemit calorem caritatis increate/e\. uidentibus  
exterius pretendens se ridere. Succensor  
sancissime amantium in mundo. qui eligis quos  
amas ab eternitate. en solus suspiro. in  
caumate consummor dulcissimi amoris & ligat  
latibulum capax caloris dileccio stringens. dum  
trahit me torridum igne suauis ad diem dilectam  
uis liquidi languoris. nam tenet me taliter  
quemadmodum in clusus a ludo lasciui. donec leticia  
in lumen leuatus lucrer cum lucidis uisione  
uiuificam. melliflui mei. uitalis ueraciter & nunquam  
uacillat. quemobrem confortans amantem in eum  
sine nocte & nocumento. Amor sic animi plane.  
perdurat ac perutile urit. quousque illustrer.  
Igitur hinc estuans obumbror amore horror



.ac abiit & algor abscessit. omnis impietas  
absumitur in igne sic libere languens in  
laude delector adherens amplexibus. oculis  
anhelo. ut semper suspensus in celicum so  
norum. euolem agiler in aulam amati. susceptus  
de seculo sine mortis merore. armonia au  
dita. cum epulis intemis. qui amans extiteram  
ardenter auctorem. & fugi falsidicos fig  
mentum refrenans uolans uelociter in ci  
tharam sublimem. ut fruar in fine festo  
futuro uultu sin uisu perpetui splendoris  
assistens cum celicolis in sede suprema. prope  
prospiciens pulcherrimum placatum michique mundato  
incalido canore. oculus amabilis se ultro  
ostendat quem utique optaui ueraciter uidere.  
securus subsistens in pace perenni.



Et merito cum morior morbus non inmittit.  
nec malum inmergere amplius audebit  
nam amor operiet. hostium electe ab omnibus  
iniquis & regis reuerencia rusticirunt.  
quatinus conscendens a carne cadente  
capiam consortium constanter cupitum in corde  
cremante. & concio canora concordet  
preclare. dum proferor presencie patris presidentis.  
Occurrat cum examinor cuneus quem  
quero. complectat me conditor quia ipsum  
amaui. iubeat dilectus ut iubilem dum geror.  
& migrans a mundo melodyam non amit  
tam nec moriens tunc metuum quia amore langueo.

56

p principes populorum. congregati sunt.  
cum deo habraham. quoniam dii fortes  
terre uehementer eleuati sunt. Hactenus  
egimus de uiris sanctis precellentibus. quantum ad  
ipsorum perfeccionem quod sobrie. caste & pie. uiuunt  
& omnium uirtutum flore emicant. desi  
derijsque eternorum gaudiorum incessanter anhelant  
Similiter & quantum ad illorum gloriam. quia omnibus  
mundi diuicijs renunciantes uoluntariam  
paupertatem elegerunt. christum sequentes.  
qui eos tanto amplius inebriat sui amo  
ris. dulcedine. quanto nichil terrenum  
nichilque carnale uidentur affectare.  
Etenim. dum electi dei magno longoque  
bore ac iugi exercitacione spiritualis operis

a.  
56.

solicitudine secedat. & per sinceram uitam suscipiatur in sublime. tanto magis splendore perenni repletus & gaudio indeficiente debriatus. quanto hic transeuncia que ~~possidet~~ possedit minus amauit. Verum cum sine bona uoluntate nemo saluabitur cum qua nec aliquis dampnetur. constat quod ideo iniqui sunt. & ab hereditate olimpi excluduntur. quia bene uelle euacuerunt. ex habundancia impietatis amittentes illud amabile. quod erat in insitum eis in abolicione peccati originalis. deinde & cum alia gratuita dona deseruerunt deducti sunt in de/e/siderijs diabolicis & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. dum declinantes a dilectione dulcissime deitatis dimisit eos christus capi in concupiscenciam excommunicatam. & demergi in dulcedinem deceptiuam. quam deserere non dedignantur. propter carenciam caritatis. quam comprehendere contempserunt. Denique deus est, finis bone uoluntatis & caritas est complementum cursus comprobabilis que nunquam est nisi in bona uoluntate. nec bona uoluntas nisi in caritate. quam nullus peruersorum habet. Proinde nec dum habebit. quorum finis est interitus inexterminabilis & profunda putredo. Igitur sicut electorum sollicitudo sistit. ut in amorem auctoris se inmutabiliter & immobiliter infigant. radicemque cordis in clarissima caritate construant. & plantent perseueranter. per quam se sciunt subleuari ut finis illorum desideratum amplexetur. quod in intencione integra optauerunt & fruuntur felicitate futura ad quam feruide festinant. ita & impij erroribus obnubilati finem sui desiderij terrenam molliciem & carnalem delectacionem ponunt. & in hijs incessanter inhiant optinendis quamobrem conglobati in carcere contagiorum usque in captiuorum cahos contunduntur quando capti sunt ab hijs que concupierunt. quia nunquam quis consummabitur ad coronam sicauerunt caritate quemadmodum psalmista descripsit dicens.

Omnis consumacionis. uidi finem latum mandatum tuum nimis. Caritas quippe est mandatum latum. in quo sancti currunt ut pertingant ad brauium & beatificentur que & finis est omnis bone consummacionis in qua solummodo cari & constantes christiani consummantur & post consummatum cursum cum consorcio canencium coronantur. Vnde ait apostolus. Beatus qui suffert temptacionem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam uite sufferat scilicet temptamenta tyrannorum. sed suggestionibus

ipsorum nequaquam consencientes. nec [oblectamenta] inmundiciarum admittant. quatinus c[on]aute se in castitate conseruantes ad gaudium con[scendant]. quod oculus non uidit. nec [auris] audiuit. nec in cor hominis ascendit quod [preparauit] deus diligentibus se. Nempe per diuina[m] dileccionem gloriam gustamus etiam in carne co[m]munes & partem patrie plenique perfectissimi [pos]sident in hoc presenti. dum eminentes preal[i]is in altitudine mentis amorose perardorem auctor[is] uelud iam iudices de iure ac iustificati in ihesu in iubilum iocundissimum geruntur & celicum sonorum quod etiam rectis reseruatur usquequo in regno resideant. in precordiis suis presenciant peminificum. nec non yperlicas odas in mentibus modulant mellifluis igne utique altissimi intime incensis. Vnde & feruor felice felicissimus. funditus cor calefaciens inuoluit uirtute omnem interiorem hominem & assumit in altum cogitque incantabilem cogitatum currere ac geniose iubilare ut deficiat demum noua dulcedine spiritus inspiratus sed pre multitudine melodys. euolare anhelet ab hoc habitaculo ac caro egrotans ob habundancia interni amoris. infirmetur & tabeat

[ita ut dicat]

f ulcite me floribus. stipate me malis 53  
quia amore langueo. In istis utique uerbis uidetur quid & quantum quam magnum in electa anima operatur caritas ordinata. Ardet autem amplo affectu qui sic annunciare audet atque aperte. eripitur ab appetitu pereuncium prediorum. & infima ac fallibilia intencione non aspiciens ad claritatem increatam contemplandam conscendere conatur cuncta que creaturam contaminant. contemptibilia cogitans & concalcanda. indignum ducens quod dulcedo deceptoria diligatur. non enim ex humano sed eterno amore languet. contestans inconfusibiliter quod caritas eterne uite cupiditatem corporalium eradicat & e contra. & quanto magis quis in caritate feruet tant[er] tanto minus cupidinem habet. ubi autem magna existit caritas. ibi parua cupiditas. & [ubi] magna cupiditas ibi nulla caritas. Denique dilecta dei. ex quo asseruit sponsum in se ordinasse caritatem. subsequenter insinuat quod non erat ociosus ille amor quem in se suscepit sed agens amicabiliter in ipsa amatrice. excipit eam in ympnum amenissimum. ut obumbrata ardore eternitatis eligat amplius amplexus que ab amore usque in eternum non algebunt quemadmodum carnales captiui qui [consurgunt] inconceptam

[concupisc]e[nc]iam que post breue tempus terminatur  
[& refrigesc]un[t] [si]ne reparacione. Sed profecto in  
[sponsa] pat[ebit] pulchritudo specialis & prepollens  
[in pur]itat[e] ec[iam] alliciens amatorem eternum  
[ad in]clinand[um ...e] in amorem formose & fecunde  
[que] ubique oculos ostendit amantissimos insignibusque  
[am]oris plenos ut amicus eius omnipotentis  
[h]eres quem ardentissime affectat obumbret eam.  
osculis optatis infundens in eam olimpica  
dona deiectis doloribus mutetque mentem a mor  
bo meroris. melos inmittens mirum & mellipho  
num quod a cunctis absconditur. qui mundana  
multiplicant. & in inuisibili uirtute uiuere non  
uolunt. Porro hoc predico quod pauperi & principi  
poterit patere quia carnales & cupidi conso  
lumen non capiunt concionis canore. neque  
signum salutis sencient superbi. sed concito  
quassantur a castris que querunt quorum  
caro corroditur & anima ardebit in ignibus inferni  
cuius dulcedo fuit uermis quia sicut uermium  
& amoris diuini non est idem locus in una anima.  
sic iusti & iniusti eadem loca non habent in alia  
uita. spiritualis delectacio ad christum ardentem  
properat. carnalis ~~uero~~ uero dilectorem suum ad  
infernum ducere non cessat. Netimueris ergo  
a facie impij cuius gloria stercus & uermis  
hodie enim extollitur & cras non inuenietur  
In uilitate autem uiciorum uetusti & uenumdati  
sub uanitate ut fenum florent. quia fan  
tasmate fruuntur & sine fundamento fidei in  
fallibilibus fixi flebunt amarissime quod fecerunt.  
Percipiet hinc plane omnis qui habet penetrabile  
pectus nisi sit insipiens & insanus in ob  
stinacione occupatus quod gulosi gaudium non gustant  
graciosum propter grauedinem carnalitatis quam cu  
piunt sibi copulare. neque ebriosi qui estuant  
in inmundicijs & potacionibus se prebent. usque  
ad crepusculum. Aliquando assumunt solacium ex  
[super]is nam in terrenis que tenent excipi  
[endo] abhominacionem terminantur. & in hijs  
[imis o]dibilibus ad amandum defiguntur usque  
[ad su]am deposicionem. **D**einde & dilector  
[fo]rme feminee que uana est & uapor  
[ad] modicum parens & sua subtilitate eciam  
sapientes fefellit in ficta figura. discedit  
a. deo pro dulcore dilecte quam dulciter diligit  
lumen relinquens quod cerneret in celis. &  
postea replebitur amaritudinibus & absinthio  
inebriabitur qui melle mundane uanitatis

&/&\ blandimento carnalis delectacionis se saci  
are gloriabatur. nam ex amore inundo non nisi  
fetor prouenit. & ex carnali dileccionem post  
modicum nichil preter odium & horror restabit  
Abinde absque dubio accidit quod qui amator est  
mulierum. abibit in exterminium. & qui procu  
rator est pulcritudinis presentis ut suo libito  
procedat in peccatum. peribit in sua presump  
tione. & precipitatus in profundum putei pellem  
portabit impurissimam super carbones denigratam.  
& omni uilitate uestietur. quia in uoluptatibus  
uanis uixit. & formam quam deus preppersuum ho  
norem fecit. effudit in fetorem. Quid inquam  
est ista fallax gracia & uana pulcritudinis cor.  
poralis nisi quedam prestigiatrix que sub  
specie apparente uelat putredinem  
& turpitudinem & sub fantasmate statim  
finiendo felicem fingit fertilitatem.  
Scimus enim quod non metuit mors magni  
tudinem mundanorum. nec pulcritudini parcit  
aut potencie. omnes autem absomit ab  
hoc orbe & percutit sine pietate. peruersos.  
regesque rapit ut non regnent iterum in  
sua regione. ac fortissimos in furore fugauit.  
a desiderijs in quibus deguerunt nec pepercit  
puellis pulcherimis que. optime se  
in ornamentis amori hominum amabiles  
optulerunt & utinam eternum amorem  
optassent in animabus suis & erecti fuissent  
in estum olimpi ac concupiscerent christum  
in constancia cordis quo capud concidissent  
drachonis deuorantis concendentes in  
canorem caritatum que nunquam consumetur.  
Quoniam ut comperimus in misericors mors  
cunctos communiter corumpit quando potius persistere  
putant eciam alciore in hoc emisperio  
adnullat redigens in cinerem superbos &  
qui in solijs sublimis sedebant. sed &  
gigantes iugulauit qui ad gemitum  
geruntur. quia non iuste iudicauerunt bellan  
tes sine beatitudine ad brauium benedictum  
nunquam baiulati. atque indigne diligen  
tes deuastat & in desolacionem ~~dep~~ depor  
tat ipsorum delectacionem. ut post hanc  
uitam non habeant nisi amaritudinem  
omnes qui illicito amori adherebant.  
Ob hoc utique. quia intellectum habet ama  
tor eternitatis abstinebit se ab illis  
que militant aduersus animam & purificans

omnia imunda & nociua desideria a se ex  
tirpare conantur. ut celestis liquoris men  
tes. sue capaces efficiantur per puritatem &  
mundiciam cordis ascendentes in canorum  
consolamen. christus ostendit archana incog  
nita & ineffabile amoris eius experientum.  
*nota* Iam ergo quia ad finem libri festinamus. de  
gloria sanctorum & miseria malorum que in iudicio  
percepturi sunt. ac de fine seculi pro ut pos  
sumus edisseremus. Denique supradictum est.  
principes populorum congregati sunt e cum deo.  
propheta ~~dicat~~ predixit. sicut prouidit. principes  
non accipitur. hic pro regibus & prelatis sed pro  
uiris sanctissimis mente ore & opere perfectis. qui  
ideo principes populorum appellantur. quia quamuis in hac  
uita despecti sint & humiles in superno  
nimirum ~~muner~~ ~~munero~~ regno declarantur  
excellenciores Et si in hoc mundo in  
magna humiliacione positi & in premente  
paupertate potestatem inter homines & honorem non  
percipiunt. in futuro tamen iudicio uenera  
biliter populi principabunt. Hij utique congrega  
buntur cum deo habraham. id est cum christo  
iudicante ut & ipsi iudicent. quem  
habraham non solum deum sed & uerum hominem  
credebat esse uenturum. Iudicabunt dico  
sicut ipse promisit dicens. Vos qui secuti  
estis me in regeneratione cum sederit filius  
hominis in sede / e\ magestatis sue. Sedebitis  
& uos super sedes duodecim iudicantes  
.xij. tribus israel id est omnes malos. qui de duodecim  
tribubus genitisunt. qui fidem habentes  
ipsam nefandis actibus negauerunt. O ineffa  
bilis gloria pauperum. O. inestimabilis laus sanctorum  
qui a consilijs & iudicijs hominis deieci  
sunt. & cum christo congregati. in eius  
~~iudicio~~ iudicio sedentes iudicabunt.  
Bene contingit nobis qui & mundum ~~de~~ ~~e~~ ~~s~~  
despicimus. & a mundo despicimur. ut in  
permanente dignitate in eternum gloriemur.  
Erit autem hoc inexplicabile ~~gaui~~ gaudium  
amatoribus dei quando iam acceptis sedibus cum  
ihesu ad iudicandum se sublimatos senci  
unt. & gladio suscepte potestatis inimicos  
suos feriunt. De istis *etiam* alibi scriptum est.  
~~Nobilis~~ Nobilis in portis uir eius cum

sederit cum senatoribus [terre idem sunt senato  
res. & principes. apostoli uidelicet et eorum imitatores]  
qui mundana gaudia non cupiunt et relictis omnibus christum]  
secuti sunt. Cum ipsis autem sedebit christus uir]  
ecclesie immo ipsi cum christo sedebunt et cum eo congre]  
gabuntur. ad faciendam uindictam in nationibus exas]  
perantibus. & peruersis. increpaciones in populis]  
stultis sicut & insipientibus qui [immundiciis et]  
iniquitatibus membra sua exhibuerunt et opera deo]  
placita agere contempserunt. Exultabunt itaque]  
sancti. in gloria pro dotibus anime. que sunt [cognicio]  
amor. & fruicio creatoris. letabuntur in cubi]  
libus suis. pro dotibus corporis glorificati. [que sunt]  
claritas. impassibilitas. agilitas. subtilitas]  
Exultaciones id est laus dei. ingutture eorum]  
& gladij ancipites in manibus eorum id est diffini]  
tua sententia de bonis & malis in potestate]  
eorum. ad alligandos reges eorum in compedibus]  
& nobiles eorum in manicis. ferreis id est omne[s]  
terrenos dominos & malos prepositos cum iniquis]  
subditis ligabunt. in fasci fasciculis & mit  
tent eos in caminum ignis. quia secundum euangelistam  
Ligatis manibus & pedibus prouincientur in tenebras  
exteriores. Sic quidem facient in eis iudicium  
conscriptum. id est ab uniuersis approbatum & irre  
meabiliter emissum. uiam enim per quam non  
reuertentur ambulant. Gloria hec est omnibus sanctis eius.  
ergo non solum apostolis. quamuis ipsi perfulgide in  
conspectu eius. alij tamen sancti. pro ut ca  
paces caritatis consistebant. claritatem habebunt  
& principatum. Stella ab stella differt in  
claritate. sic erit & resurreccio mortuorum.  
Et nimirum inmensa gloria erit omnibus sanctis cum  
uiderint se exaltatos cum apostolis qui carnalem  
spurciciam spreuerunt & maliciam mundi  
odientes. uanam gloriam non reputauerunt.  
reprobis in terram quam dilexerunt derelictis.  
ut qui se nunc uoluptatibus & uicijs gau  
dendo saciant. tunc omni consolacione ab eis  
semota ad miseriam inferni irre/me\diabiler  
dolendo descendant. Nam inde dicitur.  
deposuit potentes de sede & exaltauit  
humiles. esurientes impleuit bonis & diui  
tes dimisit inanes. Esurientes sunt pau  
peres spiritu. qui incessanter diuinum amorem  
& eternam gloriam desiderant omnemque terrenam

[& carnalem concupisce]nciam sub pedibus calcant.  
 [Congregabuntur igitur] principes populorum cum christo..  
 [scilicet apostoli perfecti pauper]es & sancti uiri ad iudican  
 [dum sicut dicitur c]ongegate illi sanctos eius. qui  
 [ordinant testamen]tum eius. non perversos principes.  
 [iniquos reges & malos pre]latos. nam ipsi congrega  
 [buntur cum diabolo] & angelis eius ad eternam dampna  
 [cionem quibus] dicetur in iudicio. Ite maledicti  
 [in ignem etern]um. & bene dico congregabuntur princi  
 [pes populorum] cum deo.

uoniam. dij fortes terre uehementer  
 eleuati sunt. Isti fortes dij sunt de  
 [mone]s. & tiranni seculi qui sunt dij. non  
 [ueri] & eterni. quia unus est deus uiuus uerus &  
 [etern]us pater & filius & spiritus sanctus. sed sunt falsi  
 [& t]emporales quia ipsorum numen auferetur.  
 [ab] eis. Demones enim fingunt se deos  
 [&] in scuptilibus & simulacris latitant ad  
 [a]dorentur ab infidelibus & decipiant eos per  
 promissionem munerum diuiciarum & dignitatum.  
 quia omnes dij gencium demonia. & hij fortes sunt.  
 [ue]l [quia] multos homines uincunt. & secum ad infernum  
 eciam sapientes & gigantes deducunt. uel quia ut  
 ait Iob. non est potestas super terram que comparetur  
 ei. qui factus est nullum timere. Tiranni  
 uero & perversi potentes istius mundi. dum se ipsos  
 per superbiam supra alios conantur extollere mino  
 res opprimere & in suam seruitutem redigere quatinus  
 omnes se studeant honorare. quid aliud faci  
 unt quam deos inter homines se ostendunt terre.  
 unde & de ipsis quidam adulantes. & eorum  
 excellenciam quasi uera esset extollentes  
 dicunt. quemadmodum increduli. de quodam misero dixerunt.  
 Non est deus nisi nabugodonosor & miser  
 herodes ac infelix. qui gloriabatur se tanquam  
 deum ab hominibus honorari mox ab angelo perc  
 percussus expirauit. Hij sunt dij fortes  
 terre. quia dum in sua fortitudine & potencia  
 ceteros contempnendo superbiunt. in sua  
 falsa securitate presumen[te]s. dij terrenorum  
 hominum nequiter fiunt. Solius enim dei  
 est uelle dominari rationalis creature.  
 ergo qui hanc uoluntatem sibi usurpare non  
 metuit. diuine maiestati aperte contradicit  
 & derogans quasi seipsum deum facit hoc  
 agere hanc nequissimam presumptionem perpetrare

diabolus in celo moliebatur. & homo superbus  
 ad hoc innititur in terra. sed sathans subito  
 proiectus est. a. gaudio ad luctum. a celo ad  
 infernum. a. lumine ad cecitatem. in deli  
 cijs paradisi fuit & iam usque ad horrorem  
 fetencium flammaram peruenit. licet donec  
 finis mundi adueniret. in filios diffidencie  
 potestatem suam quasi illorum deus esset excercebit.  
 Vnde & dij terre uocantur. id est omnium qui  
 terrena plus quam celestia diligunt. & ~~ma~~  
 & maiori cura circa humana gaudia quam di  
 uina se suffundunt. nam & ipse dicitur rex  
 super omnes filios superbie. De istis dijs tam  
 superbis hominibus. quam dolosis demonibus psalmista  
 se uindicatum letatur dicens. Quoniam tu percus  
 sisti omnes aduersantes michi sine causa dentes  
 peccatores contriui. Quia igitur isti dij  
 fortes terre uehementer contra deum uerum cuius  
 imperium. continet celum. terram & infernum.  
 eleuati sunt. silicet in eesuperbia & falsa secu  
 ritate. dicentes quis uidet nos & quis  
 nouit nos. ideoque cum deo habraham. qui deo eterno  
 creditur & reputatum est ei ad iusticiam. non  
 falsis dijs qui decipiunt dilectores suos.  
 congregati sunt principes populorum ut deprimant  
 & confundant miserabiles deos terre.  
 sed & orbis terrarum pugnabit cum eo contra insen  
 satos. Denique ad iudicium deducuntur omnes  
 qui unquam habuerunt uitam. quamuis in materno  
 utero fuerint suffocati resurgentque cum  
 corporibus proprijs que deponebant. & eiusdem  
 stature erunt quam habebant uel habituri essent.  
 triginta annorum. ut in in ipsis corporibus recipiant  
 gloriam uel penam. unusquisque secundum meritum  
 suum. Porro sancti dei fulgentes sicut  
 sol in illo matutino/no\ interficient. id est dignos  
 interfici intimabunt omnes peccatores terre. &  
 disperdent de ciuitate domini id est sequestrabunt  
 a consorcio. sanctorum omnes operantes iniquitatem  
 quoniam oculi christi. ad fideles terre silicet ad perfectos  
 uiros ecclesie. ut sedeant secum & in sub  
 limitate cum summis subsistant. quia nemo  
 nisi qui in uia immaculata ambulat.  
 christo ministrat. Siquidem plures sunt  
 qui uoluntatem peccandi perfecte non dimitten  
 tes. multa que in sanctis libris scribuntur  
 uera esse non putant. & tamen plerique presumen[te]s